More striking is Clarenbaldus' repeated claim that the Word is the Creator of all things. In defining primordial matter, he surpasses his master in clarity and precision. He sees the entire creation in four progressive stages or phases : first of all in the plan or providence of God who is « Absolute Necessity ». This plan is unfolded in successive steps by what he terms « necessity of combination or concatenation ». It is the actual execution of the divine plan in an orderly and coherent succession of times. In this execution primordial matter presents two aspects be to considered : its absolute potency *(possibilitas absoluta)* and the actuation of this potency, called « defined potency » *(possibilitas definita).* The distinction seems to coincide with what later generations will call primary and secondary matter. Absolute potency cannot be clearly understood but becomes intelligible through the forms by which it becomes defined potency.

Clarenbaldus also offers a clearer analysis of the seminal causes and their relationship to primordial matter. The fact that, in the normal course of nature, a sheep will not give birth to a man is, as he points out, not directly due to the potency of matter as such but to a natural power or aptitude, added and implanted by the Artificer, i.e., God. The Creator may change and suspend this natural power for special reasons. Thus the rod of Aaron budded and bloomed, and the Virgin conceived and gave birth without loss of her virginity[2].

Concerning the question of simultaneous or successive creation Clarenbaldus is more explicit than Thierry. The latter simply declares that

(1) *De Phil. mundi* I, 5 ; P. L., 172, 44AC.See also his *Gloss on Boethii De Consolatione;* ed. PARENT, p. 131. Cf. G. GRUNWALD, *Gesch. der 'Gottesbew. im Mittelalter' Beiträge* VI (1907), pp. 67 ff.

(2) Cf. *Sent.* II, 18, 6 ; ed. Quaracchi (1916), p. 391.

simultaneous creation refers to primeval matter, while successive creation means the *distinctio formarum*, i.e., the gradual forming and shaping of matter. Clarenbaldus distinguishes between the fundamentals *(inchoativa)* and their state of perfection *(perfecta)*. The terminology is borrowed from St. Augustine[1]. The fundamentals comprise three aspects or phases : God conceives the forms of all things in the Word and operates by imparting both the forms and the seminal causes to matter at the beginning of time. In this sense, he maintains, it is said that God created all things simultaneously. The state of perfection comprises the actually existing forms of things, the effects produced by seminal causes, and the entire actual succession of times. Although all things were created simultaneously at the beginning of time, God continues to operate throughout the succession of times. He does so by actuating *(actualiter)* and repairing *(reparative)* all things. All things created by God continue to exist, not in themselves, but in the succession of times. According to Clarenbaldus, Christ restores or repairs all things the very moment they perish. Unfortunately, he does not elaborate this somewhat obscure point. But a key to the theory may be found in William of Conches who writes : Nihil in mundo perire physica sententia est[2]. The idea serves to show, that, on the one hand, a substantial change is not a new creation out of nothing, and that, on the other hand, the sum total of God's creation remains constant. It seems, that the theologian Clarenbaldus transfers the doctrine to theology and ascribes to Christ the function of preserving the total of God's creation.

Clarenbaldus' interpretation of the word « day » follows and enlarges Thierry's exegesis. Thierry defines « day » as the space covered by a complete rotation of the heavens or as the illumination of the air. Clarenbaldus defines it either as the illumination of the air or a period of 24 hours (required for a rotation) or as the distinct phases in the production of creatures. He frankly admits that he thinks little of the (Augustinian) theory that the word may refer to the knowledge of the angels concerning creation[3]. Thierry does not even mention St. Augustine's view.

While Thierry concentrates on the physical exposition of « heaven and earth », Clarenbaldus speculates on such questions as how time was created, how the angels were created « before all time », how the Garden of Eden could exist fully developed on the third day.

(1) *De Gen. ad litt.* IV, 11, 18 ; P. L., 34, 346.

(2) *Dragmaticon Phil.* ; ed. G. Gratarolus (Strasbourg, 1567), p. 233. W. Flatten, *Die Philosophie*, p. 144. See also Hugh of St. Victor, *Didasc.* I, 6 ; ed. Ch. Buttimer (Washington, D. C., 1939), p. 13 : Dictum est : Nihil in mundo moritur eo quod nulla essentia pereat. John of Salisbury, *Metal.* II, 17 ; ed. Webb, p. 94 : etiamsi temporalia perire contingat, rerum numerus nec minuitur nec augetur. Augustine, *De Lib. arbitrio* II, 17 ; P. L., 32, 1265.

(3) *De Gen. ad litt.* IV, 30, 47 ff. ; P. L., 34, 315.

In comparing the master and his pupil, we cannot fail to notice that Thierry was indeed the « robust reaper » as described in the introductory letter. His exposition is succinct and dogmatic. He cites earlier writers very rarely and only to clarify questions of terminology, not to confirm his own teaching. Thus he names only Plato, « Mercurius » and Virgil. Thierry's crisp and powerful logic is most evident in the second part of his treatise where he deals with the Trinity.

Clarenbaldus describes himself as the pupil who followed behind his master. Although his exposition is often not as concise and authoritative as Thierry's, it is occasionally superior from a metaphysician's point of view. Considering the general training in philosophy available at the time, his explanations of prime matter, seminal causes, time, etc., are outstanding examples of his high intellectual achievements. They are not mere repetitions of thoughts expressed by Thierry but genuine results of personal penetration. He is more anxious to quote or refer to ideas voiced by Christian and non-Christian writers of the past. Thus he endeavours to prove that St. Augustine and Pythagoras shared his doctrine, if not his terminology, with regard to the origin of all things. He calls St. John *summus theologus*, while Thierry's Moses is *prudentissimus philosophorum* and his theologians are *divini philosophi*.

Although this different nomenclature was not of particular importance at a time when both terms were still felt to be foreign words, we cannot deny that this usage of *philosophus* and *theologus* reflects a different spirit. Thierry's *divinus philosophus*, it seems, is the thinker who ascends from creation to God by the power of reason rather than by the word of revelation. He adapts the Biblical narrative to his cosmology, not *vice versa*. But we have seen that Thierry steps on much more perilous ground where he tries to transform the trinitarian God into a Neo-Pythagorean Triad. If Thierry had at all thought of claiming the support of earlier Christian writers for his novel approach to the trinitarian mystery, he would have been at a loss to find them. The atmosphere pervading Thierry's treatise is indeed that of a « divine philosopher » rather than a theologian.

Clarenbaldus could not simply shake off the effects of Thierry's lectures and made it a special point to reconcile « most views of the philosophers » with the Christian truth. In comparison to other contemporary writers, he offers a very small amount of patristic quotations. If we call to mind that, for instance, Gilbert of Poitiers was equally sparing in this regard, we find here a certain pattern reflecting the spirit of Chartres. It reveals a pronounced tendency, not to disregard the teaching of the past, but to integrate Christian and non-Christian thoughts and to propose them in a largely new and more scientific form. It is obvious that in theology where the authentic voice of tradition is more important than the author's philosophical presentation, the scholastic method of Chartres

was bound to be superseded by a method in which ecclesiastical tradition, presented in its original form, kept its place as an indispensable tool for a proper approach to the revealed faith. This, no doubt, was one reason why the school of Chartres soon yielded to the greater fame of the school of Paris.

Description of the manuscripts

The works in which Thierry and Clarenbaldus express the views just described and analyzed are preserved in six manuscripts, all of which contain Thierry's tractate, whereas only two of them contain Clarenbaldus' letter and *tractatulus*. The following description of the manuscripts provides the essential details concerning these works.

A. — Paris, B. N., *lat.* 3584, fols. 1-16ᵛ. *Saec.* XII. It contains the letter (fols. 1-1ᵛ), Thierry's *tractatus* (fols. 1ᵛ-10) and part of Clarenbaldus' *tractatulus* (fols. 10-16ᵛ). The upper half of fol. 16 is cut or torn out, the rest is missing. B. Hauréau used this manuscript for his edition of the letter in *Notices et extraits* I (Paris, 1890), pp. 49 f. J. M. Parent also made use of it for his transcription of (part of) the *tractatulus*, in *La Doctrine de la Création dans l'école de Chartres* (Paris-Ottawa, 1938), pp. 208-213.

C. — Cambrai, Bibl. munic. 339 (321), fols. 74-89. *Saec.* XIII in. It once belonged to St. Aubert near Cambrai and contains the letter (fols. 74-74ᵛ), Thierry's *tractatus* (fols 74ᵛ-81ᵛ) and Clarenbaldus' *tractatulus* (fols. 81ᵛ-89). The manuscript is very closely related to *A*, but no direct copy[1].

P. — Paris, B. N., *lat.* 647, fols. 167-173. *Saec.* XII. It belonged to the Abbey of Beaupré in the diocese of Beauvais, according to an entry made in the fourteenth century : Liber sanctae Mariae de Prato[2]. The manuscript contains only Thierry's *tractatus*, preceded by a commentary on the Pauline Epistles, written by Radulphus Flaviacensis[3], and a brief gloss on *Is.* xxviii, 10.

Q. — Paris, B. N., *lat.* 15601, fols. 98-100. *Saec.* XII. It once belonged to the Sorbonne library[4] and contains only Thierry's *tractatus*. The text is closely related to that of *P*.

(1) *Catal. Gén.* XVII, 124.

(2) Cf. Ph. Lauer, *Bibl. Nationale: Catal. Gén. des manuscrits lat.* I (Paris, 1939), pp. 229 f.

(3) A. M. Landgraf, ' *Unters. zu den Paulinenkommentaren* ', RTAM VIII (1936), 353 f.

(4) L. Delisle, ' *Inventaire des manuscr. lat. de la Sorbonne* ', *Bibl. de l'École des Chartes* XXXI (1870), 16.

R. — Paris, B. N., *lat.* 18096, fols. 45-49. *Saec.* XII. The manuscript belonged to the Abbey of Saint-Corneille, Compiègne[1], and contains only Thierry's work[2].

T. — Tours, Bibl. munic. 85, fols. 181-183v. *Saec.* XII. It contains only Thierry's *tractatus* and is fairly closely related to *R.*

B. Hauréau[3] collated *APQR* for his edition of Thierry's *tractatus*, though no variants are given. W. Jansen did not inspect any manuscripts for his partial re-edition of this work[4]. A complete and more critical re-edition of all three works is well justified in view of the fact that *CT* were not used in any previous publication. A study of the variants offers convincing evidence that *T* contributes considerably to a better text of Thierry's *tractatus*, while *C* is the only copy known to contain the entire text of Clarenbaldus' *tractatulus*. Its complete text has never been published. Although it would be inaccurate to claim that *AC* provide a reading superior or even equal to *PQRT*, the numerous variants common to *AC* reflect the text of Thierry's *tractatus* as it passed through the hands of Clarenbaldus.

On the evidence of *AC* we are certain that Clarenbaldus decided to put an end to Thierry's *tractatus* in chapter 46 of our edition. We have already noted that Thierry's text in *PQRT* is slightly longer, and then ends abruptly after the author's announcement to discuss the procession of the Holy Spirit as Bond *(connexio)* between the One and the Equal One. We have also expressed the view that Clarenbaldus would hardly have omitted this logical continuation, announced by Thierry, if he had actually possessed it. It seems that Clarenbaldus made such occasional additions to Thierry's work as *unitatis tetragonus* (in ch. 41) and others which he deemed necessary to clarify the text. However, they are few in numbers. The same may be said of certain minor omissions and changes noted in the footnotes. The titles given to each work in this edition are not original and are therefore placed in brackets.

N. Harding.

(1) B. Hauréau, *Notices et extr.* VI (1893), pp. 22 f.
(2) L. Delisle, 'Inventaire', p. 541.
(3) *Notices et extr.* I (1890), pp. 52-68.
(4) *Der Kommentar des Clarenbaldus*, pp. 106*-112*.

<CLARENBALDI EPISTULA>

Ut[1] asserit Tullius Cicero, *tanta est vis probitatis, ut eam in eis quos numquam vidimus diligamus et, quod majus est, in hoste miremur*[2]. Quod autem Cynicus[3] ille probitatem laudari quidem sed statim algere commemoravit, illis est proponendum qui virtutem nonnisi alicujus emolumenti causa[4] colendam arbitrantur. Quae opinio vulgaris[5] quidem et stulta est. Virtutes enim in eo rerum genere sunt ponendae, quae per se placent, tametsi nullius emolumenti spes reluceat.

Cognoscens itaque in Vestra Nobilitate quadrifariae virtutis ramos virere, inter quos etiam tam litterarum amorem quam earundem scientiam, satagebam alicujus philosophici muneris obsequio Vestrae Bonitati prius fore carus quam proximus. Quis enim tantam Dominam non velit muneribus quibus possit honorare, cujus inter ceteras virtutes liberalitas omnem imperialem supergressa est munificentiam? Cujus solertia triformem hominum ordinem[6], clerum, militiam, populum, non simulata sibi dilectione devinxit. Unde orta fama celebris et gloriosa vix terminis clauditur Europae.

Direxi igitur Vestrae Sublimitati libellum quem magister Theodericus, doctor meus, de sex dierum operibus edidit, quem Roma jam suis commisit archivis. In quo quantum philosophiae contineatur, liquido apparet, cum ipse — utpote totius Europae philosophorum praecipuus — qualiter exemplaris forma in materia operans cuncta produxerit, juxta physicas tantum rationes edoceat. Cui operi tractatulum quendam supposui quem ab ipsius lectione ita collegi, tamquam si, impotens falce metere, decidentes a falce robusti messoris spicas collegissem. In quo si forte quid[7] inveniatur laudabile, fonti potius est adscribendum quam ex fonte haurienti.

Verumtamen hoc in meo labore inveniri spero praecipuum, quod plerasque philosophorum sententias christianae veritati accommodavi quo etiam ab adversariis divina pagina robur acciperet et munimentum. Quippe, ut vulgari[8] proverbio dicitur : *Vera laus est ab hoste.* Sicut enim in Augustino me legisse recordor, philosophorum sententias christianae veritati accommodare hoc est *spoliare Aegyptios et ditare Hebraeos*[9].

1 Cf. B. Hauréau, *Notices et extraits* I (Paris, 1890), p. 49. 2 Cicero, *De Amicitia* ix, 29. 3 Juvenal, *Sat.* i, 74. 4 causam *C.* 5 Cf. Clarenbaldus' *letter to Odo* in *Mediaeval Studies* XV (1953), 213. 6 *add.* id est *C.* 7 aliquid *C.* 8 vulgariter *A.* 9 *De Doctr. christ.* II, 40, 61 f. ; P. L., 34, 63.

<MAGISTRI THEODERICI CARNOTENSIS TRACTATUS[1]>

[1] De septem diebus et sex operum distinctionibus primam Geneseos partem secundum physicam et ad litteram ego[2] expositurus, imprimis de intentione auctoris et de[3] libri utilitate pauca praemittam[4]. Postea vero ad sensum litterae historialem exponendum veniam, ut et allegoricam[5] et moralem lectionem, quas sancti expositores aperte executi sunt,[6] ex toto praetermittam.

Intentio igitur Moysi in hoc opere fuit ostendere rerum creationes et hominum generationem factam esse ab uno solo Deo, cui soli cultus et reverentia debetur. Utilitas vero hujus libri est cognitio Dei ex facturis suis, cui soli cultus religionis exhibendus est.

Titulus[7] libri talis est : Incipit Genesis i.e. liber de rerum generatione sive creatione, a primordiis suis[8] sic nominatus[9] sicut Evangelium Matthaei a prima parte sua « Liber generationis Jesu Christi » nominatur.

In principio creavit Deus caelum et terram[10], etc. Causas ex quibus habeat mundus existere et temporum ordinem, in quibus idem mundus conditus et ornatus[11] est, rationabiliter ostendit[12]. Prius[13] igitur de causis, deinde de ordine temporum dicamus.

<DE CAUSIS ET DE ORDINE TEMPORUM>

[2] Mundanae igitur subsistentiae[14] causae sunt quattuor : efficiens ut[15] Deus, formalis ut[16] Dei Sapientia, finalis ut[17] ejusdem Benignitas, materialis quattuor elementa. Necesse est enim, quia[18] mutabilia et caduca sunt mundana, eadem habere auctorem. Quia vero rationabiliter et quodam ordine pulcherrimo disposita sunt, secundum sapientiam illa esse creata necesse est. Quoniam autem ipse Creator juxta veram rationem nullo indiget sed in semetipso summum bonum et sufficientiam habet, oportet ut ea, quae creat, ex sola benignitate et caritate creet, ut scilicet habeat quibus beatitudinem suam more caritatis participet.

1 Incipit liber de septem diebus *m. rec. A :* Expositio in Exameron *m. rec. T :* De operibus sex dierum brevis discursus *m. rec. R.* 2 *om. AC.* 3 *om. AC.* 4 praetermittam *P.* 5 allegoriam *AC.* 6 quae a sanctis doctoribus aperte executae sunt *PQ.* 7 *add.* vero *T : add.* vero hujus *AC.* 8 *om. P.* 9 nominatur *R.* 10 et terram *om. R. Gen.* i, 1. 11 ordinatus *Q.* 12 ostendere *R.* 13 primus *R.* 14 substantiae *ACQR :* subsistentiae *superscr. Q.* 15 id est *AC.* 16 *om. AC :* causa ut *RT.* 17 *om. AC.* Cf. John of Salisbury, *Polycraticus* VII, 5 ; ed. Cl. Webb (Oxford, 1909), p. 108. 18 quae *AC.*

Quia vero omnis ordinatio inordinatis adhibetur, oportuit aliquid inordinatum praecedere, ut eidem ordo secundum sapientiam adhiberetur ac, sic disponendo inordinata, Sapientia Creatoris vel parum scientibus appareret. Si quis igitur subtiliter consideret mundi fabricam, efficientem ipsius causam Deum esse cognoscet, formalem vero[1] Dei Sapientiam, finalem ejusdem[2] Benignitatem, materialem vero quattuor elementa quae et ipse Creator in principio de[3] nihilo creavit.

[3] Hanc distinctionem causarum Moyses in libro apertissime declarat. Nam cum dicit : *In principio creavit Deus caelum et terram*, ostendit efficientem causam, scilicet Deum. Ostendit etiam[4] materialem[5], scilicet quattuor elementa, quae nomine « caeli et terrae » appellat. Et ipsa eadem a Deo esse creata approbat[6], cum dicit : *In principio creavit Deus caelum et terram*[7]. Ubicumque vero dicit : *Dixit Deus*, etc., ibidem notat formalem causam quae est Dei sapientia, quia ipsius auctoris dicere nihil est aliud quam in coaeterna sibi[8] sapientia futurae rei formam disponere. Ubicumque vero dicit : *Vidit Deus quod esset bonum*, etc., ibidem notat finalem causam quae est ipsius Creatoris benignitas. Nam per visionem dilectio et benignitas aliquando designatur sicut in proverbio dicitur : *Ubi amor ibi est*[9] *oculus*. Nam ejus Conditoris[10] videre, quod aliquid bonum[11] creatum sit, nihil est aliud quam idipsum quod creavit ei placere in eadem benignitate ex[12] qua creavit. In materia[13] igitur, quae est quattuor elementa, operatur summa Trinitas ipsam materiam creando, in hoc quod est efficiens causa ; creatam informando et disponendo, in eo quod est formalis causa[14] ; informatam et dispositam diligendo et gubernando, in eo quod est finalis causa. Nam Pater est efficiens causa[15], Filius vero[16] formalis, Spiritus sanctus finalis, quattuor vero[17] elementa materialis. Ex quibus quattuor[18] causis universa corporea[19] substantia habet[20] subsistere[21].

[4] Nunc de ordine temporum dicamus. Et primum videndum est, quid sit dies naturalis. Dies naturalis est spatium, in quo una caeli integra conversio ab ortu ad ortum perficitur. Dies item dicitur aëris illuminatio facta per ipsum caelum, a tenebris quae « nox » appellatur perfecte divisa. His duobus modis utitur hic[22] sacra Scriptura hoc vocabulo quod est dies.

Quaeritur etiam quomodo inter se[23] dicta sanctorum concordent : hoc[24] scilicet *Qui vivit*[25] *in aeternum creavit omnia simul*, et illud *Sex*

1 *om. AC : add.* causam *RT*. 2 ejus *AC*. 3 ex *C*. 4 et *AC*. 5 *add.* causam *RT*. 6 comprobat *AC*. 7 *add.* et cetera *ACQRT : om.* caelum et terram *A : om.* et terram *CT*. 8 *om. AC*. 9 *om. ACR*. 10 creatori *Q : superscr.* conditoris *Q*. 11 *om. AC*. 12 in *AC*. 13 materiam *ACR*. 14 creatam informando... causa *om. C*. 15 nam Pater... causa *om. R*. 16 *om. AC*. 17 *om. AC*. 18 *om. AC*. 19 corporum *AC :* corpora *R*. 20 *om. T*. 21 existere *AC :* subsistit *T*. 22 haec *AC*. 23 *add.* in *(m. rec)* sacra scriptura *C : add. et eras.* sacra scriptura *A*. 24 haec *AC*. 25 manet *AC. Eccli.* xviii, 1.

diebus operatus est Dominus[1], etc. Sed sciendum est quod prior auctoritas de primordiali[2] materia intelligenda est ; sequens autem[3] de distinctione[4] formarum, de qua[5] deinceps secundum physicam tractandum est.

[5] *In principio* igitur[6] *creavit Deus*[7] *caelum et terram*, i.e. materiam in primo momento temporum creavit. Caelo vero creato[8], quia summae levitatis est et stare non potest et quia continet omnia, de loco ad locum in antea progredi non potuit : idcirco ab ipso primo momento suae creationis coepit circulariter converti ita ut ipsa[9] prima conversio integre perfecta esset in spatio[10], quod « *prima dies* » appellatum est.

[6] In ipsa vero prima conversione caeli superius elementum, i.e. ignis illuminavit superiora inferioris elementi, i.e. aëris. Nam haec natura est caelestis ignis, ut[11] sua conversione illuminet aëra ; mediante vero aëre calefaciat[12] aquea atque terrena[13]. Duae etenim[14], ut[15] ajunt philosophi, sunt virtutes ignis : altera splendor, altera vero[16] calor. Splendorem[17] in aëre naturaliter[18] ignis[19] efficit. Calorem vero[20] in aqueis atque terrenis[21] exercet. Nam calor virtus est ignis, divisiva solidorum. Si vero calor in aëre sentitur, hoc contingit ex eo quod est ipse aër ex inferioribus elementis spissatus.

In prima igitur die creavit Deus materiam et lucem, i.e. illuminationem ex[22] superoris elementi, i.e. ignis, prima conversione in ipso aëre innatam. Et hoc fuit opus quod in prima die factum est.

[7] Aëre vero ex superioris elementi virtute illuminato, consequebatur[23] naturaliter, ut, ipsius aëris illuminatione mediante, calefaceret[24] ignis tertium elementum, i.e. aquam, et calefaciendo suspenderet[25] vaporaliter super aëra. Est enim natura caloris aquam in minutissimas guttas dividere et eas minutas virtute sui motus super aëra elevare, sicut in fumo caldarii apparet, sicut etiam[26] in nubibus caeli manifestum est. Nubes enim sive fumus nihil est aliud quam guttarum aquae minutissimarum congeries, per virtutem caloris in aëra elevata. Sed si virtus caloris vehementior fuerit[27], tota illa congeries in purum aëra transit ; si autem debilior, tunc nimirum guttae illae minutissimae semet invicem incurrentes grossiores guttas faciunt, et inde pluvia. Quodsi minutae illae guttae vento constrictae fuerint, inde nix ; si vero grossae, inde grando.

[8] Magnitudo igitur aquarum labilium, quae nimirum usque ad regionem lunae in principio ascendebat, ita per calorem super summum aetheris suspensa est, ut statim in secunda caeli conversione ita contin-

1 Deus *AC. Exod.* xx, 11. 2 primordiale *T.* 3 *add.* est *RT.* 4 distinctionibus *Q.* 5 quo *R:* 6 *om. C.* 7 *om. R.* 8 caelum vero creatum *AC.* 9 illa *AC.* 10 in spatium *PQ:* spatium *AC.* 11 et *R.* 12 calefacit *C (e corr.) A.* 13 terrea *QT:* (aquea atque terrena) aquae terrena *R.* 14 enim *PQ.* 15 *om. AC.* 16 *om. AC.* 17 *add.* vero *AC.* 18 *om. C.* 19 *om. AC.* 20 *om. AC.* 21 in terreis *AC:* terreis *T.* 22 *om. AC.* 23 sequebatur *AC.* 24 calefacere *R.* 25 suspenderat *AC.* 26 et *AC.* 27 sit *C.*

geret quod[1] secundum elementum, i.e. aer esset medium inter aquam labilem et aquam vaporaliter suspensam. Et hoc est quod dicit auctor : *Et posuit firmamentum in medio aquarum.* Et[2] tunc[3] aer aptus fuit ut « firmamentum » appellaretur : quasi firme sustinens superiorem aquam et inferiorem continens, utramque ab altera intransgressibiliter[4] determinans. Vel potius « firmamentum » dicitur aër eo quod terram levitate sua ex omni parte firme[5] coerceat et in hanc duritiam conglobet.

Est enim ista reciprocatio inter terrae duritiem[6] et aëris levitatem, ut durities terrae ex circumstrictione[7] levis aëris proveniat ; levitas vero aëris atque mobilitas ex eo quod terrae stabilitati innititur habet substantiam. Sic[8] igitur prima conversio ignis illuminavit aëra[9]. Et spatium illius conversionis fuit prima dies. Ita ejusdem ignis secunda conversio mediante aëre calefecit aquam *et posuit firmamentum* inter aquam et aquam. Et illius conversionis spatium « *secunda dies* » appellatum est.

[**9**] At vero, aqua super aërem vaporaliter suspensa, ordo naturalis exigebat, ut, labili aqua diminuta, appareret terra, non continua sed secundum quandam similitudinem insularum. Quod[10] multis modis probari potest.

Nam ex caldario quanto major[11] fumus ascendit, tanto aqua quae in ipso continetur minoratur. Similiter si super mensam aliquam[12] superficies aquae continuetur[13] et postea[14] ignis illi[15] continuae aquae superponatur, statim contingit, ut per superpositum calorem[16] superficies illa aquae attenuetur et in ipsa superficie quaedam maculae aridae appareant, aqua in quibusdam locis contracta et congregata. Sic igitur aër inter utramque aquam positus ac per hoc majori calore agitatus tertiam conversionem integram fecit et in ipsa conversione terram insulis quibusdam circumquaque distinxit.

[**10**] In eadem etiam conversione contingebat, ut ex superioris aëris calore inmixto[17] humori terrae ex aquis nuper discoopertae[18], ut ex his, inquam, duobus ipsa terra conciperet vim producendi herbas atque arbores. Quae vis ex calore caeli naturaliter procedit[19] in terram ex aquis nuper discoopertam. Et hujus quidem tertiae conversionis spatium « *tertia dies* » appellatum est. Postquam vero posito firmamento inter aquam et aquam et ex aquis circumpositis tanto calore in ipso firmamento innato, ut per calorem firmamentum aquam labilem in se contraheret ac sic[20] arida appareret, postquam, inquam, hoc fuit, contingebat naturaliter, ut ex multitudine illa aquarum ad firmamentum per tertiae diei calorem contracta stellarum corpora in firmamento[21] crearentur.

1 et ut *AC*. 2 *om. AC*. 3 non *C*. 4 intransibiliter *R*. 5 firmiter *AC*. 6 duritiam *AC*. 7 constrictione *AC*. 8 sicut *AC*. 9 aërem *P*. 10 quae *C*. 11 magis *AC*. 12 aliquando *AC*. 13 continuetur *e corr. A* : contineatur *e corr. C*. 14 *add.* magnus *AC*. 15 illis *PQ*. 16 (per supp. calorem) supposito calore *AC*. 17 mixto *AC*. 18 discooperto *T*. 19 provenit *AC* 20 si *TR*. 21 *add.* caeli *ACTR*.

[11] Quod vero stellaria corpora ex aquis materialiter facta[1] sint, certo argumento probari potest. Nam duo superiora elementa, ignem et aëra, ex sua natura ita absque omni spissitudine esse manifestum est, ut nihil horum ex se et ex sua natura nisi ex accidente visui pervium sit. Nam hoc quod quidam rudes dicunt se[2] videre caelum, quando aër purus est, cum aliquid viride se fingunt conspicere, illud falsissimum est[3]. Nam ubi visus deficit, ibi error sensus dat imaginationem[4] videndi quod non videt, sicuti aliquis clausis oculis videtur sibi tenebras videre. Nam quamvis visus ex luce oculorum sumit[5] exordium, nihil tamen valet nisi ex obstaculo alicujus spissitudinis repercutiatur.

[12] Si vero aër iste inferior, qui est inter nos et parietem vel maceriam vel aliquid tale, non potest visui ad sentiendum obstare, multo minus igitur[6] superior qui purior est. Unde proprie aër « caelum »[7] dicitur eo quod a visibus nostris celetur. Unde constat quod omne corpus visibile alicujus densationis[8] est quae[9] ex spissitudine aquae vel terrae contingit. Nam nubes ex vapore aquarum densatae visibiles apparent. Flammae vero[10] quae in nubiloso[11] aëre vel in aliqua materia quae comburitur fiunt, ex vaporibus aquarum substantiam habent. Radius quoque solis, qui per fenestram decurrere videtur[12], non aliunde est visibilis nisi[13] ex atomis pulveris in radio decurrentibus et ad lumen solis relucentibus. Sic in caeteris rebus subtiliter[14] intuenti apparebit nihil esse visibile nisi ex obstaculo quod ex aqua vel ex[15] terra contingit.

[13] Omne igitur corpus quod apparet visibile in firmamento caeli, ex terrae vel ex aquae densitate visibile esse necesse est. Sed terrea[16] non possunt vel per calorem vel alio[17] aliquo modo usque ad firmamentum elevari. Hoc enim aquae[18] naturae proprium est. Omnia itaque illa quae in[19] caelo visibilia apparent, ex aquis materiale principium sortiuntur. Cujusmodi sunt nubes, fulgura, cometae. Similiter igitur stellaria corpora ex aquis materialiter[20] consistere[21] necesse est. Amplius[22] : omne nutribile ex eodem nutriri, ex quo materialiter constat, physica testatur[23]. Sed corpora stellaria ex humore nutriri physici[24] dicunt. Videntur[25] igitur ex aquis materialiter constare.

Spatium igitur quartae conversionis[26], in qua stellaria corpora ex aquis[27] vaporaliter suspensis conglobata sunt, illud, inquam, spatium « *quarta dies* » appellatum est.

1 *add.* et creata *AC.* 2 *add.* videlicet *TR.* 3 (illud fals. est) illud nihil est et falsum *AC.* 4 imaginem *AC.* 5 sumat *e corr. A:* sumat *C.* 6 aer *AC.* 7 caeli *C.* 8 densaritinis? *P:* densitatis *AC.* 9 quod *AC.* 10 etiam *R.* 11 nubilioso *T.* 12 (dec. videtur) decurrit et apparet visibilis *ACTR* (visibiliter *AC*). 13 quam *AC.* 14 similiter *AC.* 15 *om. AC.* 16 terrena *C.* 17 *om. AC.* 18 aqueae *PQ.* 19 de *AC.* 20 naturaliter *C.* 21 constare *AC.* 22 *add.* quod *AC.* 23 (omne nutribile... testatur) eo nutritur unde materialiter (naturaliter *C*) constat, physica testatur *AC.* 24 philosophi *TR:* phi *P.* 25 ibi dicuntur *AC.* 26 *add.* est *C.* 27 *add.* ita *ACR.*

[14] Stellis autem creatis et motum in firmamento facientibus, ex earum motu calor adauctus[1] et ad vitalem usque calorem procedens aquis primo incubuit, elemento videlicet terra superiori. Et inde animalia aquae et volatilia creata sunt. Et spatium hujus quintae[2] conversionis « *quinta dies* » appellatum est.

Mediante vero humore, vitalis ille calor naturaliter usque ad terrena[3] pervenit et inde[4] animalia terrae creata sunt. In quorum[5] numero homo ad imaginem et similitudinem Dei factus est. Et hujus sextae conversionis spatium « *sexta dies* » appellatum est.

[15] Sic igitur levissimi caeli et ultimi et[6] nullo modo stare valentis prima conversio illuminavit aëra. Aër vero illuminatus calefaciens aquam ac super se suspendens factus est firmamentum[7]. Firmamentum vero ex superiori vapore vim caloris in se continens fecit[8] aridam apparere et vim fecunditatis[9] terrae inseruit. Tunc vero ex multitudine aquarum ex calore in ipso firmamento suspensa stellae creatae sunt. Ac sic ex motu et calore stellarum generatio animalium in aquis sumpsit initium[10]. Mediantibus vero aquis ad terram usque pervenit. Et ultra hos modos creandi corporea, sive illa sint in caelo[11] sive in terra, nullus modus reliquis[12] esse poterat.

[16] Quicquid igitur post sextum diem vel natum vel creatum est, non novo modo creationis institutum est sed aliquo praedictorum modorum substantiam suam[13] sortitur. Sic igitur *Dominus in septima*[14] *die requievit*, i.e. a novo creationis modo cessavit, elementorum[15] singulis ornatu suo et ad se invicem concordia perfecte attributa. Nam etsi postea quaedam nova monstra creasset, non tamen idcirco dicimus illum[16] novo modo creationis usum fuisse. Sed aliquo praedictorum modorum et ex causis seminalibus, quas in spatio illorum sex dierum elementis inseruit, affirmamus eum, quaecumque postea creavit vel adhuc creat, produxisse.

[17] Nam ignis tantum agit. Terra vero[17] tantum patitur. Duo vero elementa, quae sunt in medio[18], et agunt et patiuntur. Et aër quidem[19] ab igne patitur et est quasi administrator et vehiculum igneae virtutis ad caetera elementa. Aqua vero ab aëre et igne patitur et est quasi administratrix et vehiculum virtutis[20] superiorum ad reliquum elementum. Ita igitur ignis est[21] quasi artifex et efficiens causa ; terra vero subjecta[22] quasi materialis causa ; duo vero elementa, quae sunt in medio, quasi instrumentum vel aliquid coadunativum[23] quo actus supremi[24] adminis-

1 adactus *T.* 2 quinta *A: om. C.* 3 terram *e corr. C.* 4 deinde *T.* 5 eorum *AC.* 6 *om. T.* 7 *om. R.* 8 facit *C.* 9 (vim fec.) inde fecunditatem *AC.* 10 exordium *C.* 11 aëre *AC.* 12 reliquus *AC.* 13 *om. AC.* 14 septimo *AC.* 15 eorum *A:* rerum *marg. A:* rerum *C.* 16 eum *RT.* 17 *om. AC.* 18 *add.* quasi instrumentum *AC.* 19 quaedam *T:* quod *C.* 20 et vehiculum virtutis *om. AC.* 21 *om. T.* 22 substantia *C.* 23 coadjutivum *T.* 24 *om. AC.*

tratur ad infima. Nam et nimiam levitatem ignis et gravitatem terrae immoderatam sua intercessione attemperant atque conjungunt[1].

Has virtutes et alias, quas « seminales causas » voco, Deus Creator omnium elementis inseruit et proportionaliter aptavit, ut ex illis virtutibus elementorum temporum ordo et temperies procederet[2] et in[3] temporibus competentibus per illas virtutes sibi invicem succedentibus corporeae creaturae producerentur. De causis et de ordine temporum satis dictum est.

<EXPOSITIO LITTERAE>

[18] Nunc ad expositionem litterae veniamus. *In principio creavit Deus caelum et terram.* Quasi dicat[4] : primo *creavit caelum et terram.* Nihil enim aliud voluit intelligere per hoc quod dixit *In principio* fecit[5] illa, nisi quod ante ea nihil creaverat[6] Deus et[7] illa duo simul creasse intelligatur. Sed quid appellet « caelum et terram » et quomodo secundum rationem physicorum simul creata sunt, demonstrare conabor.

Igitur[8] ratio deprehendit[9] omne corpulentum spissitudinis suae sive tarditatis substantiam habere ex levium circumstringentium[10] motu agili et perpetua agitatione ; levia vero suae agilitatis substantiam inde habere quod eorum motus atque agitatio[11] alicui corpulento sive solido innititur. Reciproce enim[12] et levitas corpulentiam et corpulentia levitatem exigit[13]. Quod probare non incongruum esse existimo. Duritiem[14] enim terrae esse ex levibus circumstringentibus[15] manifestum est. Nam durum est, cujus partes non facile divisioni cedunt. Quod vero terra talis est, non contingit hoc ex natura particularum ex quibus ipsa constat, quia tunc non possent[16] transire in levia, i.e. in[17] aëra vel[18] ignem, quod tamen[19] manifestum est. Particulae enim elementorum in se invicem transeunt[20].

[19] Item[21], quod terra[22] et aqua corpulenta est[23], hoc non contingit ex pondere superiorum elementorum. Non enim sunt alicujus ponderis. Restat igitur ut ex levium agilitate circumstringente[24] duo inferiora elementa, terra[25] et aqua, usque ad corpulentiam concreta[26] sint. Levium vero ut ignis vel aëris agilitas sine motu esse non potest. Motus autem hujusmodi circa aliquid corpulentum necesse est subsistat et innitatur.

[20] Quod autem motus solidis innitatur, per inductionem multorum probabile est. Cum homo transit de loco ad locum, dum unum pedem

1 contingunt *A*. 2 procederent *RT*. 3 *om. AC*. 4 (quasi dicat) ac si diceret *ACRT*. 5 creavit*AC*. 6 creavit *AC*. 7 ex *AC*. 8 ergo *AC*. 9 deprendit *AC*. 10 constringentium *AC*. 11 cogitatio *R*. 12 *om. AC*. 13 exigitur *R*. 14 duritiam *AC*. 15 terra constringentibus *AC*. 16 post sed *A*. 17 *om. AC*. 18 *add.* in *AC*. 19 inde *AC*. 20 transferuntur *AC*. 21 id autem *A :* id est *C*. 22 *add.* scilicet *T :* et aqua *om. R*. 23 sunt *AC*. 24 constringente terra *AC*. 25 *add.* scilicet *T*. 26 contracta vel concreta *AC*.

transfert, alium terrae infigit et sic illa translatio[1] alicui immobili innititur. Cum vero digitus per se movetur, palmae innititur, palma brachio, brachium scapulae. Ita de motu caeterorum membrorum potest quilibet experiri. Cum lapis ejicitur, ex projicientis innixu circa aliquid solidum impetus projecti contingit. Unde quanto firmius se infigit, tanto jactus projicientis est impetuosior. Volatus avium ex[2] aliquo innixu sortitur initium[3]. Circularem vero motum centro inniti non solum peritis sed[4] disciplinarum[5] expertibus manifestum est.

[21] Motus autem ignis caelestis sive aëris inferioris circularis est, quod ex cursu stellarum satis patet[6]. Nec etiam aliter esse potest. Cum enim necessario moveantur, aut in anteriora semper necesse erat ea[7] moveri aut reverti. Sed in anteriora impossibile fuit eo quod hujusmodi motus[8] finem habet. Necesse est igitur ea habere circularem motum. Sed omnem circularem motum necesse est habere aliquid immobile circa quod innitatur. Motus igitur ignis et aëris non potest esse sine medio centro cui innitatur. At illud medium solidum est et a motu circumstrictum. Non potest igitur eorum motus esse nisi solido innitatur[9]. At agilitas eorum et levitas, ut diximus, ex motu est, quia per singulas partes moventur et non[10] tenaciter sibi partes[11] adherent. Idcirco et liquida sunt[12] et sine sensu tangentis tactui cedunt. Nec igitur resistere nisi ex motu accidentali nec aggravare aliquid possunt. Inde ergo[13] levia sunt.

Cum igitur ignis et aëris substantia sit ex levitate, levitas porro ut sit exigit corpulentiam. Corpulentia vero ut sit, levitatem circumstringentem[14] exigit. Substantia autem terrae et aquae fit ex corpulentia. Cum, inquam, ita res sint, merito divinus philosophus dixit quattuor elementa fuisse condita. Sed nomine « terrae » omnia corpulenta[15] quasi a digniori parte corpulentiae designavit. Nomine vero « caeli » levia et invisibilia elementa vocavit eo quod a nostris visibus ex sua natura subtracta[16] sint[17] et celentur.

[22] Elementorum vero creatione ostensa, postea subsequenter qualia ipsa sint in prima creatione sua declarat cum dicit *Terra autem erat inanis et vacua*, etc. Qualis terra tunc fuerit, plane ostendit dicendo eam tunc fuisse inanem, i.e. carentem forma quam postea suscepit ex aliorum elementorum ad ipsam concordia. Vacuam vero ab illis quae postea in[18] ipsa creata sunt, herbis scilicet et[19] arboribus et animalibus. Quale vero tunc fuerit secundum elementum i.e. aqua, designat[20] ubi

1 transitio *AC*. 2 *om. ACR*. 3 (sort. initium) fortiter innititur *AC*. 4 *add.* etiam *A: add.* et *C*. 5 disciplinarium *T*. 6 potest intelligi *AC*. 7 eas *ACR*. 8 *om. PQR:* motus *superscr. A*. 9 at illud medium... innitatur *om. AC*. 10 tamen *A:* inde *C*. 11 *om. AC*. 12 finnt *PQ*. 13 igitur *AC*. 14 constringentium *AC*. 15 corpulentia *P*. 16 substracta *P*. 17 sunt *PQ*. 18 cum *AC*. 19 atque *ACRT*. 20 designavit *P*.

dicit *Et tenebrae erant super faciem abyssi.* Quod est dicere abyssus, i.e. aqua, erat tenebrosa. Postea secundum quosdam de tertio elemento[1], aëre, subjungit dicens *Et spiritus Domini ferebatur super aquas*, i.e. aër, qui propter subtilitatem suam ad divini Spiritus tenuitatem aliquo modo accedit, *ferebatur super aquas*, i.e. inordinate movebatur super aquas.

[**23**] Sed mihi videtur[2] quod Moyses dicendo terram esse inanem et vacuam sub appellatione « terrae » duum elementorum, i.e. terrae et aquae, informitatem designavit. Inanitas[3] vero eorum[4] tunc in eo erat quod ita erant confusa, ut terra non ita esset[5] solida ut perfecte recederet a liquido, nec aqua[6] ita liquida ut perfecte secerneretur[7] a terrena tarditate. Sed eorum ita erat confusio ut paene[8] unum aut vix duo essent. Vacuitas vero eorum in eo erat quod tunc carebant illis quae postea ex eis creata sunt. Dicendo autem tenebras tunc fuisse *super faciem abyssi*, tertii elementi, i.e. aëris[9] informitatem describit. Sicut enim a luce aër[10] informatur, ita informitas ejus[11] tenebrae esse dicuntur. Tenebrositas vero ista talis tunc erat, ut aër ad aquae tarditatem fere accederet et esset tunc nebulis densissimis[12] spissior[13] ut vix ab aquae corpulentia[14] recederet sed, licet minimum, tamen aëris vestigium[15] praeferret. Hujusmodi vero aëris densitas inde tunc contingebat, quod nondum ejus tenebrae tunc[16] discutiebantur ab igne, virtutem quam nunc habet nondum habente sed ad aëris densitudinem[17] fere sine ullo discretionis motu accedente. Ac sic[18] per tenebras aëris primordialem quarti elementi qualitatem sub oculis posuit.

[**24**] Istam quattuor elementorum informitatem[19] seu potius paene uniformitatem[20] antiqui philosophi[21] tunc hylen, tunc chaon appellaverunt. Moyses vero nomine caeli et terrae eandem confusionem designat. Informitas autem illorum[22] elementorum in eo tunc consistebat quod unumquodque eorum fere[23] erat hujusmodi quale alterum. Et quia minimum erat vel fere nihil quod intererat, idcirco illa differentia pro nihilo[24] a philosophis[25] reputabatur et illa elementa sic confusa una informis materia dicebantur. Sed tamen Plato illud minimum quod intererat perpendens et differentiam illam, quamvis minimam, eorum confusioni adesse cognoscens, ideo[26] materiam[27], i. e. elementorum confusionem ipsis quattuor elementis subesse confirmavit : non quod[28] creatione vel tempore illa[29] confusio quattuor elementa praecederet[30] sed quoniam

1 *add.* id est *ACR.* 2 videbatur *P.* 3 unitas *R.* 4 *om. AC.* 5 esse *QT:* esset *e corr. A.* 6 *om. T.* 7 *add.* a terra vel *AC.* 8 vix *AC.* 9 id est aëris *om. AC.* 10 *om. T.* 11 elementorum *AC.* 12 densissimus *C.* 13 spissor *P.* 14 (aquae corpulentia) aqua corpulenta *AC.* 15 *om. A : superscr.* motum *A :* motum *C.* 16 *om. AC.* 17 densitatem *AC.* 18. si *T.* 19 infirmitatem *C.* 20 informitatem *AC.* 21 physici *corr. superscr.* philosophi *Q.* 22 eorum *AC.* 23 *om. C.* 24 velut nihil *AC.* 25 physicis *Q :* prophetis *R.* 26 idcirco *AC.* 27 materialem *T.* 28 igitur *AC.* 29 illo *R.* 30 procederet *R.*

naturaliter confusio discretionem[1] sicut sonus vocem vel genus speciem praecedit.

[25] *Et spiritus Domini ferebatur super aquas.* Designata materia, subsequenter virtutem artificis, quam « spiritum Domini » appellat, dicit praeesse materiae atque dominari ut eam informet atque ordinet. Praeclare[2] post materiam subjungit[3] de virtute artificis operatrice. Nam illa virtute in materiam operante, omnia quae sunt vel videntur in caelo vel in terra habent consistere. Cum enim ipsa materia ex se sit informis, non potest ullo modo formam adipisci nisi ex virtute artificis operante atque ipsam ordinante. Hanc virtutem philosophi[4] diversis nominibus appellaverunt. .

[26] Et Mercurius quidem in eo libro qui inscribitur *Trismegistus*[5] hanc virtutem « spiritum » vocat his verbis : *Fuit Deus et hyle quem*[6] *Graece credimus mundum. Et mundo*[7] *comitabatur spiritus vel mundo inerat spiritus.* Et paulo post[8] : *Intelligibilis summus qui dicitur Deus, rector gubernatorque*[9] *est sensibilis*[10] *Dei ejus qui in se circumplectitur*[11] *omnem locum, omnem rerum substantiam totamque gignentium creantium-que*[12] *materiam et omne quicquid est quantumcumque est. Spiritu vero agitantur sive gubernantur omnes in mundo species, unaquaeque secundum naturam suam a Deo distributam sibi. Hyle autem vel mundus omnium receptaculum est omniumque agitatio*[13] *atque frequentatio. Quorum Deus gubernator est dispensans omnibus, quantum unicuique*[14] *necessarium est. Spiritus vero implet omnia, prout cujusque qualitas naturae*[15] *est*[16].

[27] Plato vero in *Timaeo*[17] eundem spiritum « mundi animam » vocat[18]. Virgilius[19] vero de illo spiritu ita dicit : *Principio maria ac terras caelumque profundum || lucentemque*[20] *globum lunae tytaniaque astra || spiritus intus alit.* Hebraei vero ita de spiritu operatore loquuntur : Moyses quidem ita *Et*[21] *spiritus Domini ferebatur super aquas ;* David[22] vero sic : *Verbo Domini caeli firmati sunt*, etc. Salomon[23] quoque de spiritu sic dicit : *Spiritus Domini replevit orbem terrarum.* Christiani vero[24] illud idem « Spiritum sanctum » appellant.

[28] Quoniam ergo[25] materia informis non per se suscipit formas, sed per virtutem artificis moventem et operantem informatur, idcirco[26]

1 discretione *T*. 2 et quidem praeclare *AC*. 3 subjunxit *ACRT*. 4 physici *Q*. 5 Trimegistus *PQRT :* Trismegistrus *AC*. W. Scott, *Hermetica* I (Oxford, 1924), pp. 310 and 314 ; ed. Nock-Festugière, *Corpus Hermeticum*, II (Paris, 1945), pp. 313 and 315. 6 quam *Q*. 7 mundum *AC*. 8 *om. AC*. 9 (rector gub.) recto guber-nator et *P*. 10 sensilis *T*. 11 complectitur *AC*. 12 causam et *AC*. 13 (omniumque agit.) agitatioque omnium *AC*. 14 cuique *AC*. 15 nec *C :* naturae *e corr. A*. 16 spi-ritus vero... est *om. R*. 17 Timotheo *P*. Plato, *Timaeus* 34 B. 18 appellat *T*. 19 Vir-gil., *Aen.* vi, 724. Cf. John Scotus, *De Div. naturae* I, 31 ; P. L., 122, 476 CD. 20 lucen-tem *P*. 21 *om. AC*. 22 *Ps.* xxxii, 6. 23 *Sap.* i, 7. 24 *add.* dicunt *R*. 25 vero *AC*. 26 ideo *PR*.

prudentissimus philosophorum, Moyses, post informitatem[1] materiae designatam de virtute Creatoris operatoria, qua forma materiae[2] adhibetur, subjunxit dicens : *Et spiritus Domini ferebatur super aquas.*

Bene autem in hoc loco nomine « aquae » totam[3] materiam designavit tum quia, ut diximus, unumquodque elementorum fere erat hujusmodi quale[4] illud et ideo[5] nomine unius poterant[6] cuncta appellari ; tum potius quia illa confusio magis ad similitudinem aquae accedebat quam ad aliud ; tum etiam quod in priscis philosophis[7] habetur[8] quod humor creandis rebus maxima et principalis materia existit. Nam humor naturalis per calorem de terra exiens in herbas vel arbores indurescit. Animalia vero ex humido et liquido semine procreari et inde corporis sui machinam sumere apud physicos indubitabile constat. Lapides vero et metalla ex humore[9] fuisse concreta resolutio eorum in eundem humorem ostendit. Stellas quoque ex aquis esse creatas in superioribus probatum est. Unde visum est quibusdam philosophis aquam fuisse[10] materiam omnium rerum. Secundum quam doctrinam poeta vocavit *oceanum patrem rerum*[11].

[**29**] *Et dixit Deus : Fiat lux*[12]. Ostensis duobus primordiis creaturae, materia scilicet et virtute operatrice, competenti ordine vult demonstrare quomodo et quo ordine *Spiritus Domini* in materiam operatur[13] secundum modum, in sapientia Creatoris ab aeterno dictum atque[14] praefinitum. Sed in hoc loco juxta modum expositionis de divinitate pauca dicenda sunt, ut appareat quid sit dicere Dei, et cur prius fecerit[15] mentionem Spiritus quam Verbi. Quicquid autem de hac re dicemus, ex vera et sancta theologia sumptum esse[16] nemo[17] dubitet[18].

<DE DIVINITATE>

[**30**] Adsint[19] igitur quattuor genera rationum quae ducunt hominem ad cognitionem Creatoris, scilicet arithmeticae probationes[20] et musicae et geometricae[21] et astronomicae[22]. Quibus instrumentis in hac theologia breviter utendum est, ut et artificium Creatoris in rebus appareat et, quod proposuimus, rationabiliter ostendatur. Omnem alteritatem unitas praecedit quoniam unitas[23] praecedit binarium qui[24] est principium omnis alteritatis. « Alterum » enim semper de duobus dicitur[25]. Omnem igitur mutabilitatem pre acedit unitas, siquidem omnis mutabilitas

1 infirmitatem *AC.* 2 designatam... materiae *om. R.* 3 *om. AC.* 4 *add.* erat *AC.* 5 idcirco *AC.* 6 *eras. R.* 7 (priscis phil.) phycisis *AC:* prophetis *R.* 8 dicitur *C:* dicitur *e corr. A.* 9 *add.* constat *P.* 10 esse *AC.* 11 omnium rerum *AC.* VIRGIL, *Georg.* iv, 380. Cf. HUGH OF ST. VICTOR, *Didasc.* I, 11. 12 *add.* et facta est lux, etc. *AC.* 13 operetur *CRT.* 14 et *AC.* 15 fecit *AC.* 16 est et *AC.* 17 *add.* de eo *AC.* 18 dubitat *P.* 19 cum sint *AC.* 20 *om. AC.* 21 geometriae *AC.* 22 astrologiae *AC.* 23 quoniam unitas *om. R.* 24 quod *P.* 25 *om. AC.*

substantiam ex binario sortitur. Nihil enim aptum est mutari sive moveri, nisi etiam[1] aptum sit, ut prius se habeat uno modo, deinde alio. Hanc igitur modorum alteritatem unitas praecedit ; quare et mutabilitatem.

[31] Sed mutabilitati omnis creatura subjecta[2] est. Et quicquid est, vel aeternum est vel creatura. Cum igitur unitas omnem creaturam praecedat[3], aeternam esse necesse est. At aeternum nihil est aliud quam divinitas. Unitas igitur ipsa divinitas[4]. At divinitas singulis rebus forma essendi est. Nam sicut aliquid ex luce lucidum est vel calore[5] calidum, ita singulae res esse suum ex divinitate sortiuntur. Unde Deus totus et essentialiter[6] ubique esse vere perhibetur. Unitas igitur singulis rebus forma essendi est. Unde vere dicitur : *Omne, quod est, ideo est quia unum est*[7].

[32] Sed cum dicimus divinitatem singulis esse rebus formam essendi, non hoc dicimus quod divinitas sit aliqua forma, quae in materia habeat[8] consistere, cujusmodi est triangulatio vel quadrangulatio vel aliquid consimile[9]. Sed hoc idcirco dicimus quoniam praesentia divinitatis singulis creaturis totum et unicum esse consistit[10] ut etiam ipsa materia ex praesentia divinitatis habeat existere, non[11] ipsa divinitas aut ex[12] ipsa aut in ipsa. Similiter igitur cum dicimus unitatem singulis rebus esse formam essendi, eodem modo intelligendum est. Item, cum dicitur[13] « Deus » simpliciter et sine ulla determinatione, ad ipsam divinitatem tunc vocabulum refertur. Cum autem[14] addita determinatione vel secundum pluralem numerum dicitur « Deus », ut « aliquis Deus » vel « aliqui dii », tunc ad eos qui participant divinitate ipsum vocabulum divinitatis refertur.

[33] Ita igitur de vocabulo[15] unitatis dicendum est. Quod cum dicitur simpliciter et sine ulla determinatione, ad ipsam divinitatem refertur. Cum autem addita determinatione vel secundum pluralem numerum dicitur ut « aliqua unitas » vel « duae unitates vel tres vel bis unitas vel ter » vel aliquid consimile, tunc ipsum vocabulum unitatis ad ea, quae unitate participant, sine dubio refertur. Unde etiam philosophi, cum partes unitati assignant, non essentiae unitatis sed participantibus unitate[16] partes adscribunt. Nam secundum arithmeticam rationem unitas est indivisibilis. Similiter unitatis ad numerorum procreationem multiplicatio participantium est ; quae vera unitate participantia inde[17] habent existere et multiplicari.

[34] Non est ergo nisi una substantia unitatis et unica essentia, quae

1 *om. AC :* et *T.* 2 substantia *C.* 3 praecedit *AC.* 4 *add.* est *AC.* 5 lucidum vel ex calore *AC.* 6 et essentialiter *om. T.* 7 Cf. *Librum hunc*, p. 14* ; Clarenbaldus, *De Trin.*, p. 62*. Boethius, *In Porph.* I ; P. L., 64, 83B. 8 habet *R.* 9 simile *AC.* 10 existit *ACR.* 11 nam *AC.* 12 *om. AC.* 13 dicimus *e corr. A :* dicimus *C.* 14 *om. PQR.* 15 *add.* divinitatis vel *AC.* 16 virtute *C.* 17 *add.* etiam *ACR.*

est ipsa divinitas et summa bonitas. Unitas vero[1], quae multiplicata componit numeros, vel unitates ex quibus numeri constant, nihil aliud sunt quam verae unitatis participationes quae creaturarum existentiae sunt. Quamdiu enim res unitate participat, ipsa permanet. Quam cito vero dividitur, eadem interitum incurrit[2]. Unitas enim[3] essendi conservatio[4] et forma est ; divisio vero causa interitus. At ex vera unitate, quae Deus est, omnis pluralitas creatur. Nulla igitur in[5] deitate pluralitas ; quare nec numerus.

[35] Cum autem ex numero sint[6] et[7] pondus et mensura et locus et figura et tempus et motus[8], et cum omnia quaecumque[9] secundum quantitatem vel qualitatem vel[10] ad aliquid[11] vel[12] aliquod[13] aliorum habent existere, cum ex numero, inquam, omnia praedicta consistant, necesse est ipsam unitatem, quae est[14] summa divinitas, omnia praedicta eminentia suae naturae transgredi. Non est igitur pondere vel mensura vel[15] loco vel figura vel tempore terminabilis nec est alicujus motus aut quantitatis aut qualitatis aut alicujus[16] relationis[17] ad aliquid, sed est unitas i.e. aeternitas et interminabilis rerum permanentia, quae cunctorum est fons et origo.

[36] Quoniam autem unitas omnem numerum creat, numerus autem infinitus est, necesse est unitatem non habere finem suae potentiae. Unitas igitur est omnipotens in[18] creatione numerorum. Sed creatio numerorum, rerum est creatio. Unitas igitur omnipotens[19] est in rerum creatione. At quod est omnipotens in rerum creatione, illud unice et simpliciter[20] omnipotens est. Unitas igitur omnipotens. Unitatem igitur deitatem esse necesse est. Hactenus de unitate.

[37] Nunc quomodo aequalitas generetur ab unitate dicendum est[21] Generatio igitur[22] numerorum ex[23] aliis numeris secundum arithmeticam multiplex et varia est. Alios enim[24] ex se et ex sua substantia generant[25] : ut binarius per se multiplicatus generat quaternarium, ternarius[26] novenarium, et ita[27] de caeteris. Quosdam autem generant per alios multiplicati : ut binarius ternario multiplicatus generat senarium, et sic de caeteris. Prior igitur[28] generatio numerorum facit tantummodo tetragonos[29] vel cubos vel circulos vel sphaeras quae[30] aequalitatem dimensionum custodiunt. Posterior vero numerorum generatio facit parte altera longiores vel antelongiores vel caeteras figuras quae ad inaequalitatem laterum[31] pertinent.

1 *om. T.* 2 (interitum inc.) interit *AC.* 3 vero *AC.* 4 aservatio *P.* 5 ex *C.* 6 sit *AC.* 7 *om. ACT.* 8 et motus *om. T.* 9 *om. Q.* 10 *om. R.* 11 *om.* qualitatem vel ad aliquid *AC.* 12 *add.* ad *Q.* 13 aliquid *T.* 14 *add.* ipsa *AC.* 15 *om. C.* 16 alius *C.* 17 religionis *P.* 18 *om. AC.* 19 unitas igitur omnipotens *om. AC.* 20 simplicitas *R.* 21 *om. AC.* 22 *add.* eorum *T.* 23 ab *AC.* 24 *om. PQR.* 25 generat *AC.* 26 *add.* vero *AC.* 27 caetera *P.* 28 autem *AC.* 29 tetragranos *P.* 30 quod *P.* Cf. *De Arithmetica* II, 25 ; PL 63, 1132 D. 31 naturaliter *AC.*

[38] Prior igitur generatio rerum est ejusdem naturae ; posterior vero[1] rerum diversae naturae esse perhibetur. Item[2], in priore quidem generatione binarius ex se duplum generat, ternarius vero triplum, quaternarius[3] quadruplum, et ita de caeteris. In posteriore vero generatione ordo iste servari non potest. Haec[4] igitur duplex generatio circa unitatem potest reperiri et quidem[5] per alios numeros multiplicata omnes numeros generat. Ex se autem et ex sua substantia nihil aliud generare potest nisi aequalitatem, cum alii numeri ex se multiplicati inaequalitates producant. Unitas enim semel nihil aliud est quam unitas.

[39] Est igitur gignentis et geniti una et eadem substantia, quoniam utraque vera unitas. Unitas enim per se nihil aliud gignere potest nisi ejusdem unitatis aequalitatem. Nam cum aequalitas inaequalitatem praecedat, necesse est generationem aequalitatis praecedere. Cum igitur unitas gignat utrumque et per quemlibet numerum multiplicata non possit gignere nisi inaequalitatem, necesse est ut gignat aequalitatem[6] per illud quod naturaliter omnes numeros praecedit. At illud[7] est unitas. Unitas igitur ex se et ex sua substantia nihil aliud gignere potest nisi aequalitatem.

[40] Manifestum est ergo ex his quae dicta[8] sunt quod omnem[9] numerum naturaliter praecedit aequalitas, quam unitas ex se et ex sua substantia generat. Nam cum generatio hujus aequalitatis unitati[10] sit substantialis, unitas autem omnem numerum praecedat, generationem quoque aequalitatis[11] omnem numerum praecedere necesse est. Aequalitas igitur et ejus generatio omnem numerum naturaliter praecedunt. At id quod praecedit omnem numerum, ut supra diximus, aeternum est. Aequalitas igitur unitatis et ejus ab unitate generatio aeterna est. At duo aeterna vel plura esse non possunt. Unitas igitur et aequalitas unitatis unum sunt[12].

[41] Quamvis autem unitas et ejus aequalitas sint una penitus substantia, tamen quoniam nihil seipsum gignere potest et alia proprietas est genitorem esse quae[13] proprietas[14] est unitatis[15] ; alia vero proprietas est genitum esse quae[16] proprietas est aequalitatis, idcirco ad designandum has proprietates, quae sunt unitatis et aequalitatis aeterna identitate[17], divini philosophi vocabulum « personae » apposuerunt[18] ita ut ipsa aeterna substantia dicatur persona genitoris secundum[19] hoc[20] quod ipsa est unitas ; persona vero geniti secundum hoc quod ipsa est aequalitas. Cum autem unitas rerum omnium primum et unicum esse sit, haec[21]

1 *add.* generatio *AC.* 2 et *AC.* 3 *add.* vero *AC.* 4 nec *PQ.* 5 quod *PQ:* haec quidem *AC.* 6 necesse... eaqualitatem *om. T.* 7 aliud *T.* 8 praedicta *AC.* 9 omnium *T.* 10 unitatis *R.* 11 unitatis *C.* 12 unitas igitur et... sunt *om. T.* 13 quam *P.* 14 *om. AC.* 15 unitas *AC.* 16 quam *P.* 17 in deitate *AC.* 18 attribuerunt *PQ:* appellaverunt *C.* 19 per *AC.* 20 *add.* est *T.* 21 hujus *AC.*

autem aequalitas unitatis aequalitas existit, necesse est igitur[1] hanc aequalitatem existentiae rerum esse aequalitatem, i. e. modum quendam sive definitionem sive determinationem aeternam rerum omnium citra quam[2] vel ultra quam[3] nihil esse possibile est. Est igitur ipsa unitatis aequalitas ejusdem unitatis quasi quaedam *figura* et *splendor*[4]. *Figura* quidem quia est modus[5] secundum quem[6] ipsa unitas operatur in rebus. *Splendor* vero quia est id per quod omnia discernuntur a se invicem. Fine enim modoque proprio cuncta invicem a se discreta sunt.

[42] Istum autem modum sive unitatis aequalitatem antiqui philosophi tum « mentem divinitatis » tum « providentiam » tum « Creatoris sapientiam » appellaverunt. Praeclare. Nam cum ipsa divinitas sit ipsa unitas, ipsa igitur[7] unitas rerum omnium esse unicum est. Quare unitatis aequalitas modus quidam est ultra quem citrave[8] nequit aliquid consistere. At iste[9] modus nihil aliud esse potest nisi prima et aeterna sapientia. Illa enim sola est secundum quam esse uniuscujusque rei determinatum est et ultra quam citrave[10] nequit consistere rectum. Inde formae omnium rerum et mensurae habent existere ; ibi rerum notiones continentur. Semper enim rei[11] notitia in ipsius aequalitate continetur. Si autem excesserit vel infra substiterit[12], non est notitia sed falsa imaginatio[13] dicenda. Ut enim dictum est, aequalitatem unitatis aequalitatem existentiae[14] rerum esse necesse est. Omnem igitur notionem[15] rerum in ipsa aequalitate contineri verum[16] est. Si autem non[17] ipsa aequalitate contineatur, nec[18] rei notio dicenda est. Inde enim notio alicujus rei dicitur eo quod[19] sit ipsius rei propria[20] descriptio qua a caeteris rebus discernitur, ut nec intra permaneat nec ultra evagetur.

[43] Sicut autem[21] unaquaeque res ab unitate habet existere ita ab ejus unitatis aequalitate forma, modus, mensura uniuscujusque rei procedit. Homo enim vel aliquid[22] tale ideo est quia unum est. Si autem dividatur, interitum incurrit. Similiter ab ejusdem[23] unitatis, qua homo subsistit, aequalitate forma hominis procedit. Si autem ipsi unitati, qua homo subsistit, aliquid apponatur vel inde diminuatur, non est « humanitas » dicenda. Nisi enim aequalitas existentiae hominis vel lapidis vel alicujus alterius creaturae in aliqua materia existat, ipsa res nullo modo potest existere. Sicut igitur[24] ipsa aequalitas[25] unitatis rerum notiones et[26] intra se continet et ex se generat, ita etiam illa eadem formas[27] omnium rerum et intra se continet et ex se producit. Et sicut ipsa[28]

1 *om. AC.* 2 quem *AC.* 3 quem *AC.* 4 *Hebr.* i, 3. 5 unitatis tetragonus vel modus *AC.* 6 quae *T.* 7 *om. AC.* 8 citraque *PQ.* 9 ille *AC.* 10 citraque *AC.* 11 rerum *C.* 12 subsisterit *PQ.* 13 imago *C:* add. est *C.* 14 existentium *Q.* 15 notitiam *C:* notitionem *R.* 16 rectum *C.* 17 in *AC.* 18 haec *AC.* 19 (eo quod) quod *A:* quae *C.* 20 *om. AC.* 21 enim *AC.* 22 aliud *AC:* aliquod *T.* 23 ejus *AC.* 24 enim *AC.* 25 qualitas *T.* 26 *om. AC.* 27 *add.* vel naturas *AC.* 28 *om. C.*

unitas omnes numeros ex se[1] procreat, ita[2] ipsa unitatis aequalitas omnes proportiones et inaequalitates omnium rerum ex se producit[3]. Et in ipsam[4] eadem omnia resolvuntur.

[44] Inde etiam rerum mensurae et pondera et quicquid omnino est habet existere[5]. Mensura enim omnis vel ab aequalitate vel ab inaequalitate habet existere. Utrum autem horum fuerit, ab aequalitate esse necesse est quoniam ipsa inaequalitas ab aequalitate[6] existit[7]. Amplius. Modus omnis medium[8] est inter majus et minus. Si enim[9] majus est, excedit modum ; si autem minus, infra modum est. At omne id quod[10] inter majus est et minus, aequalitas est. Modus igitur omnium rerum aequalitas est. At mensura rei omnis ex modo est. Igitur ex aequalitate. Idem de ponderibus ratiocinandum est. Et quid per singula? Immo universaliter[11] affirmandum est ipsam unitatis aequalitatem[12] esse singulis rebus essendi formam : quam rem[13] satis assequitur, si quis fugas subtilium rerum velocitate ingenii potest comprehendere.

[45] Si enim aequalitas[14] unitatis est aequalitas existentiae et aequalitas existentiae[15] rei facit ipsam rem existere et ipsum esse rei circumscribit ac terminat quasi quaedam lex et existendi aeterna regula, non est dubium quin ipsa unitatis aequalitas sit rebus omnibus forma essendi aeterna ac formalis causa secundum quam artifex aeternus modum existendi omnibus[16] rebus[17] constituit. Cum autem unitatis aequalitas sit existentiae aequalitas, ut praedictum est, manifestum est eandem aequalitatem esse ipsam rei veritatem. Nihil enim aliud rei veritas[18] quam ipsius rei existentiae aequalitas ita ut animus[19] ipsam comprehendens[20] nec citra[21] permaneat nec ultra evagetur.

[46] Si autem ultra vel[22] infra animi comprehensio extiterit[23], inde falsitas oritur cujus nulla est substantia, cum veritas rebus omnibus sit primum esse et prima substantia[24]. Semper enim qui dicit veritatem id quod in re est dicit[25]. Qui autem falsitatem, extra rem evagatur. Quando igitur veritatis aequalitas est hujusmodi, qualem superior tractatus expressit, inde manifestissime colligitur eandem ipsam aequalitatem esse Verbum deitatis. Nihil enim aliud est esse Verbum deitatis quam aeterna Creatoris de omnibus rebus praefinitio : quid, quale, quantum sit unaquaeque[26] earum vel quomodo se habeat in sua dignitate vel

1 ex se *om. C.* 2 *om. AC.* 3 et sicut ipsa... producit *om A.* 4 ipsa *AC.* 5 habet existere *om. AC:* existit *TR.* 6 *add.* descendit et *AC.* 7 consistit *R.* 8 medius *AC.* 9 autem *AC.* 10 *om. T.* 11 visibiliter *C.* 12 aequalitates *R.* 13 res *PQRT.* 14 qualitas *T.* 15 et aequalitas existentiae *om. ACPQ.* 16 *om. RT.* 17 *om. R.* 18 *add.* est *ACQ.* 19 animalius *R.* 20 ipsam comprehendens *om. AC:* comprehendis *T.* 21 infra ipsam *AC.* 22 et *AC.* 23 existit *C.* 24 cum veritas... substantia *om. R.* 25 (id quod in re est dicit) id dicit quod interest. Amen. Explicit liber primus *A:* Id dicit quod interest *C.* *End of AC.* 26 unumquodque *R.*

tempore vel loco. At hujusmodi praefinitio aequalitas existentiae rerum est intra quam vel ultra quam nequit aliquid consistere[1].

[47] At hujusmodi aequalitas unitatis aequalitas est. Veritas est modus rerum aeternus et caetera, quae superior tractatus assignavit aequalitati unitatis. Verbum igitur deitatis unitatis aequalitas est. At unitas deitas. Et ipsa unitas aequalitatem unitatis gignit. Deitas igitur Verbum. De qua generatione quidam magnus philosophus ita dicit : *Semel locutus est Deus*[2]. Ecce iste[3] unitatis et Verbi mentionem breviter et aperte fecit. Hactenus de aequalitate unitatis. Nunc quomodo connexio aequalitatis et unitatis ab utroque earum procedat explicandum est secundum disciplinas propositas[4].

<CLARENBALDI TRACTATULUS[5]>

[1] Liber iste a Graecis *Genesis* vocatur et similiter a Latinis[6], eo quod in principio hujus operis de caeli et terrae generatione tractat. Consuetudo enim fuit Hebraeis secundum operum principia voluminibus imponere nomina. Unde et Evangelium Matthaei *Liber generationis Jesu Christi* vocatum est. Hinc etiam apud Hebraeos liber iste vocatus est *Bresith*[7] quod Septuaginta interpretes, Symmachus quoque et Theodotion *Principium*, Aquila vero *Capitulum* interpretatus est. Unde habetur : *In capitulo libri scriptum est de me*[8]. Neque tamen Evangelium Matthaei ubique de generatione Jesu Christi neque liber iste de generatione caeli et terrae ubique docet.

[2] Dicto, quare liber iste *liber Genesis* sit appellatus[9], inquiramus quae in principio hujus operis sint consideranda. Ea nimirum sunt sex : primo enim loco de ordine *Pentateuchi* videndum est ; secundo, quid auctor in hoc opere intendat et de finali operis causa ; tertio, de titulo, scilicet quare liber iste *Liber Genesis* sit appellatus, de quo jam satis dictum esse existimamus ; quarto loco, quomodo liber iste prophetia sit et quare ; quinto, quibus modis liber iste sit exponendus ; sexto de rerum creatione.

Lex igitur Moysi, quae ab Hebraeis dicitur *Thoralh*[10], a Graecis et Latinis *Pentateuchus* appellatur, quoniam quinque libris clauditur. *Penta* enim quinque, *teuca* liber interpretatur[11]. Et inde *Pentateuchus* appellatur. Sunt autem libri per quos *Pentateuchus* dividitur : *Genesis*,

1 existere *R*. 2 *Ps.* lxi, 11. 3 *add.* philosophus *RT*. 4 *End of PQRT*. 5 Explicit liber primus. Incipit liber de eodem secundus *m. rec. A*, fol. 10. No title is found in *C*, fol. 74. 6 *add.* generatio *m. rec. C*. 7 Isidore, *Etym.* VI, i, 4. Cf. Angelomus, *In Gen.* i, 1; P. L., 115, 112 C. 8 *Ps.* xxxix, 8; *Hebr.* x, 7. Cf. st. Basil, *In Hexaem. hom.* I, 6 ; P. G., 29, 18A : In capitulo fecit Deus, hoc est subito et brevi. 9 (sit appell.) appellatur *C*. 10 Isidore, *Etym.* VI, i, 5. 11 *Ibid.*, VI, ii, 2.

Exodus, *Leviticus*, *Liber Numeri*, *et Liber Deuteronomii*. Et in his tota lex Moysi continetur.

[3] Et primum quidem locum obtinet *Genesis*, eo quod per ipsum instituimur ad legem Dei[1]. In *Genesi* quippe continetur rerum generatio et distinctio personarum Trinitatis, quemadmodum necessaria sunt ad divinae scripturae intelligentiam. Nec mirum qvia eis velut fundamento[2] omnis divinae scripturae cognitio innititur. Tractatur etiam in Genesi de generatione sanctorum Patrum et vita. Cujus cognitio utilis est ad notitiam juris naturalis. Igitur quia Genesis caeli et terrae generationem et distinctionem personarum Trinitatis et vitam sanctorum Patrum continet, quibus omnibus ad intelligentiam legis Dei instruimur, idcirco primo ponitur loco velut fundamentum *Liber Geneseos*.

[4] Post *Genesim* primum tenet locum *Exodus* in quo praecepta Dei summi principis ponuntur. Sed quare *Exodus* dicatur, legendo *Exodum* opportunius dicetur. Post *Exodum Leviticus* sequitur in quo docetur jus sacerdotale. Et est *Leviticus* quasi quaedam explicatio *Exodi* quia quae in *Exodo* breviter et summatim tanguntur, in *Levitico* explicite et diffusius docentur. Post *Leviticum* autem ponitur liber *Numeri* et in eo jus humanum docetur et auctoritas totius populi distinguitur per classes[3] et tribus. Extremus omnium *Deuteronomius* ponitur in quo omnium praedictorum continetur recapitulatio.

[5] Est autem attendendum quod, imitando Moysen, divinum auctorem, legum saecularium et Romanarum latores primum *Institutiones* praemittunt. Post eas sequitur *Codex* in quo edicta et decreta saecularis principis, i.e. Romani Imperatoris constituuntur quemadmodum in *Exodo* edicta regis tyrannici. Deinde sequuntur *Digesta* in[4] quibus divina jura docentur et humana sicut in *Levitico* sacerdotalia jura docentur[5] cum humanis. In extremis vero locantur *Authentica* in quibus priora recapitulantur sicut in *Deuteronomio*. Et ad hunc quidem modum saecularium legum latores scriptores legis divinae imitantur.

[6] Ecce diximus de ordine *Pentateuchi* et causas talis ordinis assignavimus et quare liber iste *Genesis* intituletur primum diximus. Deinceps videamus quomodo prophetia sit. Prophetia siquidem est divina inspiratio eventus rerum immobili veritate denuntians. Et interpretatur visio. Unde in *Libro Regum* propheta plerumque « videns » appellatur. Nec tamen quoslibet videntes futura « prophetas » vocamus sed eos tantum quorum corda Spiritus sanctus inflammavit. Balaam enim non fuit propheta neque Sybilla quia corda eorum Spiritus sanctus non afflaverat, quamvis tamen Deo volente futura praecognoscerent.

1 *om. C.* 2 fundamentum *C.* 3 casses *C.* 4 *om. C.* 5 et humana sicut... docentur *om. C.*

[7] Prophetia vero pluribus modis denuntiatur sicut quandoque per sensum corporis : ut cum Moyses virgam vidit versam in colubrum vel non-ardentem ardere rubum[1]. In quo praesignatum est beatam Virginem Mariam nullo igne sive carnalis desiderii commixtione parituram. Aliquoties vero per apocalypsim aut per somnium sicut Danieli et Ezechieli. Aliquando per intelligentiam sicut David regi aut Isaiae aut Paulo ad tertium caelum rapto. Sed quae per intelligentiam denuntiantur, aut factis denuntiantur aut dictis : factis ut Arca Noe vel sacrificio Abrahae. Item, quae dictis, aut praedicendo futura ut *Ecce Virgo concipiet et pariet filium*[2], aut ostendendo praesentia ut *Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea*[3], aut item res gestas narrando ut *In principio creavit Deus caelum et terram.* Moysi namque mundi creatio per intelligentiam comperta est per quam et Paulo Christi Evangelium cognitum.

[8] Dicto quomodo sit prophetia, dicamus quot modis liber iste sit exponendus. Igitur ut sancti perhibent doctores tribus modis exponendus est, i.e. historialiter, allegorice, moraliter. *Historialiter* hoc modo, ut exponantur res gestae juxta litterae sonum et significationem. *Allegorice* ita ut in rebus narratis aliud figuretur quod vel ad Christum respiciat vel ad ecclesiam. Unde allegoria Graece, alieniloquium Latine interpretatur[4]. *Moraliter* vero sic ut per ea quae narrantur ad bonam vitam informemur. Unde multopere christiano gaudendum est quod his tribus quasi adminiculis ad cognitionem sui Conditoris juvatur. Quia ergo tribus modis scriptura ista exponenda est, ut diximus, primum quomodo secundum litterae significationem exponenda est videamus.

[9] *In principio*, inquit Moyses, *creavit Deus caelum et terram.* De creatione rerum hic aliquid videtur esse dicendum, ut manifestior fiat intellectus litterae. Etenim rerum creatio quasi quidam introitus est ad divinas scripturas et ad cognitionem Creatoris. Ex creatione enim mundi adeo certa argumenta sumi possunt, ut etiam paganis et incredulis probari possit mundum habuisse Conditorem. Hoc modo : Mundus iste ex contrariis elementis conjunctus est, calidis, frigidis, humidis, siccis. Natura ergo vel casus vel artifex haec tam adversantia sibi conjunxit[5] Sed natura similia similibus applicat, refugit vero contraria. Non ergo natura mundum fecit. Neque vero casus. Casus enim est inopinatae rei eventus ex diversis causis confluentibus[6] propter aliud et aliud inceptis. Si ergo casus mundum fecisset, causae, quae casum operatae essent, ante omnium rerum essent Creatorem. Ergo essent ante eum a quo ipsae essent. Quod est inconveniens. Causae enim quaedam omnem casum praecedunt, quarum concursu casus fit. Casus ergo mundum non fecit.

1 *Exod.* iv. 3 and iii, 2. 2 *Is.* vii, 14. 3 *Gen.* ii, 23. 4 Isidore, *Etym.* I, xxxvii, 22. 5 Cf. Boethius, *De Cons. phil.* III, prosa 12 ; *CSEL* 67, 73. 6 influentibus *C.*

[10] Igitur, quia nec natura nec casus mundum fecit, cum aut natura aut casus aut artifex mundum fecerit, sequitur ab artifice eum esse factum. Sed artifex ille nec homo erat nec angelus. Homo non erat, quia mundus prior homine factus est. Item, angelus non erat, siquidem hoc nomen angelus *nomen est officii, non naturae*[1]. Interpretatur enim *nuntius*[2]. Sed nuntius nunciantis nuntius dicitur. Et major est nuntians nuntio. Angelus ergo factor mundi non erat, quippe omnipotens non est qui, alio praesidente, fit nuntius.

Sed qui fecit mundum, omnipotens est. Non ergo angelus mundum fecit. Quare artifex ille Deus erat. Dicere autem quod seipsum mundus fecit, maniaci furoris est signum.

[11] Notandum vero est esse tria principia ex quibus sacris scripturis catholica profluit agnitio, scilicet rerum creatio, de qua diximus, et sacramenta et virtutes, de quibus nisi sciatur quid teneri debeatur multae haereses proveniunt. Quemadmodum ex ignorantia creationis rerum haeresis[3] Eutychiana et Nestoriana ortae sunt. Putantes enim utrique, i.e. Eutyches et Nestorius humanam naturam sine humana persona esse non posse, in contrarias haereses inciderunt, ut alter eorum, i.e. Nestorius sicut duas in Christo fatebatur naturas sic et duas in eo assereret personas dicens divinam naturam et humanam proprias semper servare personas[4]. Alter vero, i.e. Eutyches veritus duas dicere in Christo fuisse personas, unam asseruit tantum permansisse naturam dicens Christum ex duabus sed non in duabus consistere naturis. Fortasse enim putabat humanitatem prorsus cessisse in divinitatem[5]. Quod quidem impossibile est.

Sicut enim Boethius in libro *De Duabus naturis et una Christi persona* contra eundem haereticum argumentatur, hoc erat impossibile, cum divinitas et humanitas nullum habeant unius materiae commune subjectum[6]. Divinitas enim forma est extra materiam[7]. *Sola siquidem illa in se transfigurari possunt quae et unius materiae commune habent subjectum et in se facere possunt et a se pati*[8].

[12] Sic ex ignorantia creationis rerum in has et his deteriores haereses multi inciderunt sicut adhuc hodie quidam imperiti dicunt Christum individuum hominis, hujus videlicet speciei, esse. Quod quidem falsum est. Cum enim omnis species specialissima sit totum esse substantiale suorum individuorum, si Christus esset illius speciei individuum, totam Christi substantiam species illa compleret. Nihil igitur haberet a divinitate. Quamvis enim Christus aliquis homo sit, tamen haec species homo non praedicatur ad quid sed ad quale de Christo. Haec enim natura homo

1 Isidore, *Etym.* VII, v, 2. 2 *Ibid.*, VII, v. 5. Cf. Augustine, *De Gen. ad litt.* V, 19, 17; P. L., 34, 334. 3 *om. C.* 4 Cf. Boethius, *Contra Eutychen*, 4; ed. R. Peiper (Leipzig, 1871), p. 199. 5 *Ibid.*, 6; p. 206. 6 *Ibid.*, p. 207. 7 Cf. Boethius, *De Trin.*, 2; ed. Peiper, p. 153. 8 Boethius, *Contra Eutychen*, 6, p. 207.

de nullo praedicatur ad quid[1] quod non sit individuum hominis. Ad quale vero praedicatur haec species de Christo quoniam in eo vim habet differentiae substantialis. Est autem hoc nomen Christus datum ex humanitate tertiae personae Trinitatis. Christus enim interpretatur unctus[2]. Et subauditur : plenitudine donorum. Et est translatum hoc nomen a regibus et sacerdotibus ad tertiam personam Trinitatis. Duae enim personae in veteri Testamento ungebantur : rex scilicet et sacerdos. Unde hoc nomen translatum est.

[**13**] Multis praeterea erroribus alios involutos fuisse comperimus propter praedictam rerum creationis ignorantiam[3] sicut eos qui Christum ex Maria carnem non assumpsisse mentiebantur fingentes Deum carnem quandam praeparasse in caelo et, cum vellet nasci, carnem illam angelorum ministerio in uterum beatae Virginis inductam[4]. Quae quidem caro per ipsam ut per instrumentum nasceretur, non vero de ipsa. In quem errorem illa etiam Evangelii[5] auctoritas prave intellecta illos impulit : *Nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit*, etc[6].

[**14**] Opponebant enim hoc modo : Si Christus de Adam carnem assumpsit, quomodo potuit non subjacere originali peccato? Omnes enim qui ab Adam descenderunt, originali peccato subjacuisse manifestum est, praeter solum Christum[7]. In Christo autem neque peccatum neque voluntas fuit ulla peccandi. Quam quidem oppositionem Boethius[8] dicit habere quaestionem omni modo animadvertendam. Si enim, inquiunt illi, corpus Christi ex humana carne sumptum est, ergo aut ex tali qualis fuit Adam ante peccatum aut qualis fuit post peccatum. Si ex tali, qualis fuit ante peccatum, nullo modo debuit Christus mori quoniam nec peccatum nec voluntatem peccandi habuit. Adam enim si non peccasset, prorsus mortem non sensisset. Nullo igitur modo Christus mori debuit.

[**15**] Item, si talem suscepit hominis statum, qualis fuit Adam post peccatum, consequens esse videtur quod Christus subjectus fuerit peccatis et bonum a malo pura integritate non discreverit, quia has passiones Adam post peccatum suscepit. Hanc vero quaestionem Boethius hoc modo solvit dicens tres hominum posse intelligi status : primum quidem[9] qualis[10] erat status in Adam antequam peccasset. In quo statu, quamvis adhuc se nullo peccato polluerat ideoque morti nihil debebat, poterat tamen peccandi habere voluntatem. Secundus vero status intelligitur ad quem Adam pervenire potuisset, si Deo permansisset oboediens. Tunc etenim id subsecutum fuisset, ut non solum non peccaret sed ut nec peccare vellet nec posset. Tertius autem status est post peccatum, in quo mortis necessitas subsecuta est et peccatum et peccandi voluntas.

1 sed ad quale... quid *om. C.* 2 Isidore, *Etym.* VII, ii, 5. 3 *eras. C.* 4 Cf. Boethius, *Contra Eutychen*, 5; p. 203. 5 John III, 13 6 Boethius, *Contra Eutychen*, 5; p. 206. 7 Deum *C.* 8 *Contra Eutychen*, 8; p. 215. 9 *om. C.* 10 quia *e corr. C.*

[16] Ex his igitur tribus statibus singulis Christus sumpsit quiddam, non totum. Ex tertio enim statu, i.e. ultimo, in quo nimirum mortis necessitas subsecuta est, mortale corpus sumpsit ut morte mortem destrueret. Quod vero in eo nulla fuit voluntas peccandi, ex illo statu sumpsit ad quem[1] meruisset pervenire, si oboediens Deo permansisset. In quo scilicet nec peccare vellet nec posset. Quod vero Christus esurivit et sitivit, manducavit et bibit, et quod aliorum hominum more in somnum lapsus est, ex illo statu sumpsit qui eo tempore erat, cum[1] nondum se peccato polluerat. Quo tamen tempore illi poterat adesse delinquendi voluntas. In quo statu non est credendum quod Adam vivere potuisset nisi manducasset et bibisset. Quia ergo Christus ex his statibus singulis quiddam accepit, non totum, non est necesse eum vel ab Adam corpus non accepisse, quod haeretici putaverunt, vel originali peccato fuisse obnoxium.

[17] Abjectis itaque minus peritorum erroneis sententiis, quod ex sanctis doctoribus colligitur de rerum creatione videamus. Filius Dei Creator universorum est tam inchoativorum quam perfectorum. Creator inchoativorum est secundum hoc quod est Principium. Perfectorum vero secundum hoc quod est Verbum. Sunt autem tria inchoativa, scilicet primordialis materia, ratio seminalis et principium temporis. *Primordialis materia* est secundum beatum Augustinum informitas corporeae vel incorporeae naturae quae per privationem formae utcumque potest intelligi[2]. *Seminalis* vero *ratio* est vis occulta inserta elementis vel eis quae constant ex elementis secundum quam vim alia ex aliis suo quaeque tempore consuete nascuntur. *Principium* autem *temporis* est primum momentum, scilicet primus motus creaturae de informitate ad formam, de non-esse scilicet ad esse.

[18] Et haec sunt tria inchoativa quorum Creatorem Filium Dei credimus et asseveramus[3]. Revertamur autem ad primordialem materiam et perscrutemur qualiter debeat intelligi quod dicitur de ea, quia scilicet est informitas corporeae vel incorporeae naturae quae per privationem formae utcumque potest intelligi. Deinceps quae de reliquis inchoativis dicuntur perscrutabimur.

[19] Est itaque *materia primordialis* informitas, i.e. possibilitas suscipiendi formas, scilicet veniendi de non-esse ad esse, quae utcumque, scilicet imperfecte, potest intelligi[4]. Confusionem enim non perfecte valet intellectus deprehendere, quae est in informitate primordialis materiae. Intellectus quippe formam et terminationem sequitur non confusionem. Unde dicitur quod *utcumque, scilicet imperfecte, potest intelligi* informitas per privationem formae. Cum enim informitas nihil

1 *Supple:* Adam. 2 Cf. *De Gen. ad litt.* I, 1, 2 ; P. L., 34, 247. 3 asserimus *C.* 4 Clarenbaldus, *De Trin.;* ed. Jansen, p. 59*. *Librum hunc;* p. 11*.

aliud sit quam possibile esse sive possibilitas, per privationem formae tantum potest intelligi. Ablatis namque formis quoquo modo a rebus formatis, nihil nisi possibile esse remanet, scilicet possibilitas suscipiendi formas. Formis etenim ablatis, deperit actus existentium rerum. *Omne namque esse ex forma* provenit[1].

[20] Potest autem hoc modo materia per privationem formarum cognosci. Ponatur in medio statua aerea cui mente et cogitatione eam formam abstrahamus unde habet dici « statua ». Quod ergo remanebit, erit aes. Item, aeri detrahamus mente eas proprietates unde habet dici « aes ». Et quod relinquitur, erit terra. Porro terrae abstrahamus frigiditatem et siccitatem. Et quod remanebit, non nihil est[2]. Est enim materia informis : id nimirum quod Plato dicit esse *inter aliquam et nullam substantiam;* Aristoteles autem *aptitudinem* et *carentiam* sive *corpus incorporeum*[3].

[21] Nec est putandum illud omnino nihil esse quoniam, si quis eam statuam cui modo formas detraximus voluerit retexere, oportebit eum illud assumere. Quicquid enim est ultimum in dissolutione, primum est in compositione. Haec igitur materia a philosophis vocatur *possibilitas absoluta* quia omnem naturam in se habet possibiliter, nullam vero actu. Unde etiam absoluta dicitur, quia ipsa est utrumlibet[4]. Et sicut ovum animal est possibiliter et ovo omnia membra avis insunt possibiliter[5] et per complicationem, sicut etiam uni grano frumenti insunt multa grana et culmus et paleae, sic materiae omnia insunt possibiliter. Ipsa vero non est aliquid actu.

[22] Haec autem materia considerata prout omnia naturalia in ea actu sunt, *definita possibilitas* est a philosophis appellata quia, ex quo accepit formas, certa res est et rationi cognoscibilis[6]. In hac autem materia operatur *necessitas absoluta*, i.e. divina providentia. Quae quidem est *necessitas* quia est aeternitas[7] ; *absoluta* quia nulli debet hoc quod est. Divina namque sapientia in materia operatur. Et sicut omnia naturalia in definita possibilitate actu et natura subsistunt, ita eadem in divina sapientia sive providentia per quandam simplicitatem complicata. Nihil in ipsa sunt nisi quod ipsa divina sapientia est. Quod etiam Johannes evangelista, summus theologus, testatur dicens : *Omnia in ipso vita erant*[8].

1 Boethius, *De Trin.*, 2 ; ed. Peiper, p. 152 : Omne namque esse ex forma est. 2 Clarenbaldus, *De Trin.;* p. 44*. 3 Clarenbaldus, *De Trin.;* p.44*. 4 *Ibid.*, p. 59*. 5 *Ibid.*, p. 64*. 6 Cf. Clarenbaldus, *De Trin.;* ed. Jansen, p. 64*. 7 id est divina... aeternitas *om. C.* 8 *John* i, 4. Cf. *Librum hunc;* ed. Jansen, p. 21*. Clarenbaldus, *De Hebdom.*, 19 ; ed. Haring, p. 10 : In necessitate enim absoluta ab aeterno omnia in simplicitate quadam complicata constiterunt et in eo omnia erant quod ipsa, ut Johannes Evangelista, summus theologorum, testatur : *Quod factum est in ipso vita erat. Comm. in Boeth. de Trinitate* (*Ms.* Paris, B. N., *lat.* 14489, fol. 19) : Et Trinitas est unitas, unitas scilicet complicans in se omnium rerum universitatem in simplicitate, quae ab antiquis vocatur absoluta necessitas.

[23] Ab hac autem necessitate absoluta descendit *necessitas complexionis* sive *concatenationis*, cum ea, quae in absoluta necessitate complicata sunt, ab aeterno ad fati seriem descendentia quasi gradibus concatenatis et sese complectentibus administrantur[1]. Haec sunt itaque quattuor rerum universitates quas Augustinus aliis nominibus significans *Omnia*, inquit, *per ipsum facta sunt in Verbo, in materia, in seminalibus rationibus, in opere*[2].

Verbum autem absolutam necessitatem, hoc est divinam sapientiam vocat. *Seminales rationes* vocat vires occultas insertas materiae secundum quas per necessitatem complexionis alia ex aliis temporibus[3] consuete producuntur. *Materiam* vero vocat possibilitatem absolutam. *Opus* vero possibilitatem definitam.

[24] Pythagoras[4] quoque diu admiratus, quare numerus in denario terminaretur — numeri enim sequentes denarium tantum sunt reciprocationes ut undecim unus et decem, duodecim duo et decem, et sic deinceps — tandem hujus admirationis hoc modo exitum invenit, ut in unitate Deum i.e. *necessitatem absolutam*, in binario materiam i.e. *absolutam possibilitatem* ratione alteritatis constitueret, in ternario qui primus omnium numerorum medio termino connectitur *necessitatem complexionis*,

1 Clarenbaldus, *De Hebdom.*, 19 ; ed. Haring, p. 10 : Cumque in ipso vita esset, descendentia per necessitatem complexionis ad heimarmenen jam se in possibilitate definita manifeste deprimunt ac fato subsistunt. *Ibid.*, 30 ; p. 13 : Sicut enim totius numeri series ab unitate incipiens unitate terminatur, sic omnis creatura ab operante principio descendens ad fati seriem... *Comm. in Boeth. De Trinitate* (*Ms.* Paris, *B. N., lat.* 14489, fol. 19^{v}) : Absoluta enim necessitas rerum omnium complicatio est in simplicitate. Necessitas complexionis earum rerum explicatio in quodam ordine, qui ordo a physicis fatum dicitur. Absoluta autem possibilitas est ejusdem universitatis rerum complicatio in possibilitate tantum, de qua veniunt ad actum et vocatur a physicis primordialis materia sive chaos. Determinata vero possibilitas est explicatio possibilitatis absolutae in actu cum possibilitate. Sic eadem rerum universitas quattuor modis est. Fol. 25 : Possibilitas namque est mutabilitas quam philosophi appellant primordialem materiam. 2 Cf. Augustine, *De Gen. ad litt.* VI, 10, 17 ; P. L., 34, 346. *Comm. in Boeth. de Trinitate* (*Ms.* Paris, B. N., *lat.* 14489, fol. 19) : Est tamen universitas rerum quattuor modis : et una et eadem universitas est in absoluta necessitate, est in necessitate complexionis, est in absoluta possibilitate, est in determinata possibilitate. Et hi sunt quattuor modi existendi universitatis omnium rerum... Et ea quidem universitas est in necessitate absoluta, in simplicitate et unione quadam omnium rerum quae Deus est. Est etiam in necessitate complexionis in quodam ordine et progressione, immutabiliter tamen. Est in possibilitate absoluta, in possibilitate tamen sine actu omni. Est etiam in determinata possibilitate possibiliter et actu. 3 *Read:* suis quaeque temporibus *or* suo quaeque tempore. Cf. Augustine, *De Gen. ad litt.* IV, 5, 8 ; P. L., 34, 342 : ex quibus omnia suis quaeque temporibus... See also No. 28 of this edition. 4 Cf. *Librum hunc*, p. 12* : Ubique enim (Plato) magistrum suum sequitur Pythagoram qui unitatem et binarium duo rerum principia constituit : unitatem ' Deum ' appellans, per binarium materiam designans. See also Chalcidius, *In Tim. Platonis*, 35 ; ed. Mullach, p. 188. Augustine, *De Gen. ad litt.* IV, 2, 2 ; P. L., 34, 296.

in quaternario qui primus opere et actu tetragonus est materiam quattuor elementorum formis vestitam, hoc est *possibilitatem definitam* intellegeret. Supra quos quattuor modos universitatis, quia nihil esse videbat, etiam supra denarium qui ex his quattuor fit numeris i.e. unitate, binario, ternario, quaternarioque rationabiliter nullum numerum naturaliter posse accrescere comperit.

De praedicta item informitate dicit Augustinus[1] : *Mundum fecisti de informi materia*, hanc auctoritatem sumens de libris Salomonis[2]. Et sciendum quod quidam voluerunt hanc informitatem, scilicet materiam primordialem, coaeternam Deo esse : nimis imperiti qui et auctoritate sanctorum doctorum et inrefragabilibus rationibus satis abunde[3] confutantur. Dicit enim Augustinus quod *Filius Dei Creator est informis materiae*[4]. Moyses quoque in hoc opere dicit : *In principio creavit Deus caelum et terram. Terra autem erat inanis et vacua*, scilicet informis. Hic asserit Moyses quod informitas a Conditore universorum, Deo, creata sit. Et ita percutit illorum haeresim qui stulte de primordiali materia senserunt.

[**25**] Rationibus quoque convinci possunt. Cum enim primordialis materia sit possibilitas et nihil aliud, possibilitas vero nonnisi mutabilitas[5] oportet eam ab immutabilitate descendere. Mutabilitas enim ab immutabilitate ex necessitate descendit. Immutabilitas vero est aeternitas quae Deus est[6]. Quare necesse est mutabilitatem ab aeternitate descendere[7]. Et sic primordialis materia a Deo descendit. Et ita non est coaeterna Deo[8].

Item, materia primordialis omni modo mutabilis est sed nullum mutabile aeternum. Quare nec ipsa est aeterna. Et ita non est coaeterna Deo. Unde manifestum est eos, qui id dixerunt, falsam protulisse sententiam.[9] Quare dicamus quod catholice dici debet, scilicet quod Filius Dei, qui Creator est universorum, informem de nihilo creavit materiam.

[**26**] Amplius de seminali ratione agendum est quae a philosophis *naturalis ratio* sive *similitudo nascendi*, a divinis vero auctoribus *seminalis ratio* vocatur[10]. Est itaque, ut diximus, ratio seminalis vis insita elementis, etc. Quod ita debet intelligi : vis, scilicet aptitudo naturalis juxta quam similia ex similibus producuntur. Unde fit ut de grano tritici non nascatur

1 Augustine, *De Gen. ad litt.* I, 14, 28; P. L., 34, 256. 2 *Sap.* xi, 18. 3 habuisse C. 4 Cf. *De Gen. ad litt. lib. imp.*, 3, 6 ; P. L., 34, 222. 5 *Comm. in Boeth. de Trinitate.* (*Ms.* Paris, B. N , *lat.* 14489, fol. 21v) : Materia autem mutabilitas est. 6 *Ibid.*, fol. 22v : Sed ab immutabilitate descendit mutabilitas. The same statement is found on fol. 25. 7 Cf. Clarenbaldus, *De Trin.;* ed. Jansen, p. 60*. 8 *Comm. in Boeth. de Trinitate*, fol. 22v : Unde patet error eorum qui dixerunt quod materia coaeterna esset Deo. Ipsa enim a Deo descendit et Deus eam creavit. 9 Cf. Ambrose, *Hexaemeron*, I, 1, 3 ; P. L., 14, 135A. Hrabanus Maurus, *In Gen.* I, 1 ; P. L., 107, 443A. 10 Cf. Chalcidius, *In Tim. Platonis*, 23 ; ed. Mullach, p. 185. Augustine, *De Gen. ad litt.* V, 20, 41 ; VI, 5, 8 ; VI, 8, 12 ; P. L., 34, 336 ; 342 ; 344.

faba, vel de faba triticum, vel de pecore homo, vel de homine pecus. Juxta quod ait Augustinus : *In semine arboris tota arbor primitus fuit, non mole corporeae magnitudinis sed vi potentiaque causali. Quam arborem ex grano exiguo vis illa mirabilis produxit qua valuit adjacens humor commixtus terrae tamquam materies verti in ligni qualitatem*[1].

[27] Illa itaque *aptitudo naturalis* qua hoc fit, vis insita elementis vel eis quae constant ex elementis dicitur. Et est aliud aptitudo et aliud possibilitas. Et quamvis in eodem queant inveniri, aliunde tamen possibilitas et aliunde provenit aptitudo. Possibilitas namque ex materia, aptitudo vero ex artifice, scilicet Deo, rebus inest. Aptitudo enim, quae est seminalis ratio, semen est quo alia ex aliis similia producuntur. Et sicut semen ex viro vel ex mare emittitur in matricem, sic ratio seminalis, scilicet aptitudo naturalis juxta quam alia ex aliis consuete nascuntur ab artifice Deo, qui cuncta creavit, inserta est materiae vel elementis. Nec est ex ipsa materia, ut juxta eam quaelibet res alias res ejusdem generis producant consuete, scilicet non contra solitum cursum naturae. Et *consuete* dicitur ad remotionem monstruosorum, quae non secundum solitum cursum naturae proveniunt, et ad remotionem illarum causarum, quae non solito naturae cursu res faciunt evenire.

[28] Nam super motum cursumque naturalem potestas Creatoris habet aptum se posse de his omnibus facere aliud quam eorum seminales rationes habent : sicut virga Aaron praeter solitum fronduit, floruit, et peperit amicdala ; sterilis mulier inventa in senecta peperit ; virgo concepit, virgo peperit, virgo ante partum, virgo post partum ; panis cotidie in altari in carnem Christi, vinum per benedictionem vertitur in sanguinem. Quae omnia multa aliter, quam rerum ratio seminalis habeat, ex occultis quibusdam causis in mente Dei absconditis manifestum est evenire.

Sunt enim duo causarum genera. Unum genus causarum est quae insertae sunt elementis ex quibus alia ex aliis suo quaeque tempore consuete producuntur. Aliae vero causae sunt in mente Creatoris ab aeterno absconditae quas ipse rebus conditis non inseruit. Ex quibus miracula ad ostensionem suae gratiae, quando vult, depromit. Propterea *mysterium* nostrae salutis Apostolus *absconditum*[2] dixit, non in mundo in quo sunt absconditae seminales rationes omnium rerum naturaliter oriturarum — sicut absconditus erat *Levi in lumbis Abrahae* quando et ipse *decimatus est* — sed in Deo qui universa creavit.

[29] Nemo itaque impie cogitet sicut quidam impii cogitaverunt nihil contra naturam, scilicet contra solitum naturae cursum, provenire posse, cum ex quibusdam causis occultis quae in mente Creatoris ab aeterno sunt absconditae ad ostensionem gratiae Dei multa contra solitum

1 *De Gen. ad litt.* V, 23, 44 ; P. L., 34, 337. 2 *Col.* i, 26.

naturae cursum proveniant, non contra naturam quae est voluntas Dei, quia contra eam nihil in mundo potest evenire. Quod quia denegaverunt quidam dicentes nihil posse evenire contra naturam, scilicet contra solitum naturae cursum — quod omnino falsum est — idcirco negaverunt Virginem posse peperisse, panem etiam in altari verti in carnem et vinum in sanguinem eo quod horum seminalis ratio hoc non habeat. Dicitur autem rerum ratio seminalis occulta vis, scilicet inserta materiae et difficilis ad cognoscendum.

[30] Sequitur *de principio temporis* de quo nos Augustinus aperte docet tempus ita definiens : *Tempus est creaturae motus de uno in aliud consequentibus*, i.e. succedentibus *rebus secundum ordinationem administrantis Dei qui cuncta creavit*[1]. Principium igitur temporis est principium hujusmodi motus. Istud autem principium nihil est aliud quam primum momentum, i. e. primus motus creaturae aut tempus quo seminalis ratio ad effectum suum atque integritatem tendere coepit. Et de inchoativis haec dicta sufficiant.

Perfecta autem sunt formae rerum, effectus seminalium rationum, integra successio temporum. Nam in eo quod Filius Dei Verbum est vel existit, formas rerum ab aeterno concepit et seminalibus rationibus integritatem adesse jussit et temporalem successionem etiam nunc et usque in finem mundi cum Patre et Spiritu sancto ad nostram utilitatem disponit. Sed formarum in Verbo conceptio a sanctis doctoribus proprie dicitur *creatio in Verbo*[2].

[31] Quattuor igitur modis operatur Deus : in Verbo formaliter rerum formas concipiendo, in materia informiter, in seminalibus rationibus seminaliter[3]. De quibus tribus modis dictum est : *Qui vivit in aeternum, creavit omnia simul*[4]. In successionibus vero temporum operatur actualiter et reparative. Nam motu temporum ea, quae intereunt, per eundem motum Christo operante reparantur. Unde omnes res, licet non in se, tamen in successionibus permanent. Unde dictum est : *Pater usque modo operatur. Et ego operor*[5]. Cum itaque quattuor modis Deus operetur, ut supra dictum est, constat eum universitatem in Verbo creasse formaliter, in materia informiter, in primordialibus rationibus complicite et seminaliter, in successionibus temporum reparative et actualiter. Et hi sunt modi quibus *universitas rerum* existit.

[32] Sciendum autem, licet materiam a Deo creatam esse et catholica fides praescribat et certissima ratio doceat, non esse tamen temporaliter priorem rebus formatis, *cum sit utrumque simul concreatum : et unde factum est et quod factum est. Sicut enim vox materia verborum est, verba*

1 *De Gen. ad litt.* V, 5, 12 ; P. L., 34, 325. 2 Cf. Augustine, *Enarr. in Ps.* xxxii, 2, 5; P., L. 36, 288. *De Gen. ad litt.* II, 6, 12; P. L., 34, 268. 3 Cf. Alcuin, *In Gen. interr.*, 19 ; P. L., 100, 519A. 4 *Eccli.* xviii, 1. 5 Cf. *De Gen. ad litt.* IV, 12, 23; V, 20, 40 ; P. L., 34, 304 ; 335. Joan. V, 17.

vero formatam vocem indicant quod non informis vox prius emittatur quam in verba formetur, *ita Deus non* prius *informem* sed formatam *creavit materiam*[1].

[**33**] Praetractatis igitur illis sex, de quibus agendum proposuimus, deinceps de *Exaemeron*, i.e. de operibus sex dierum tractemus. *Exaemeron* enim sex dierum interpretatur. Sed prius quibus modis dies dicatur videamus, ut postea de operibus sex dierum evidentius doceamus. Dies itaque uno modo dicitur illuminatio aëris per solem sive per caelestem lucem. Additum autem est *per caelestem lucem* quoniam lux quaedam caelestis, creationem solis praecedens, tres dies sine sole effecit. Quae lux quidem, sicut Beda[2] testatur, ex quo sol creatus est, comitatur solem et oritur sole oriente et occidit occidente. Nec erat superfluum post illam lucem solem creari, quia lux illa non erat sufficiens ad aëris illuminationem. Sed, sicut sancti doctores asserunt, diem efficiebat similem crepusculo.

148 BU in firmamento planete.
149 B *not. in marg. sec. man.* quanto tempore quisque planeta zodiacum percurrat equam] U eius U ad planos propter] U per D_1 *not. in marg.* de cursu planetarum D_2 diuersa BU circuli sui D_2 nunc celerarius perficiuntur BUD_1 annis .xxx. BU anno uno D_2 Vinus [?] .xxiiii.] D_2 .xxviiii.

circuli quantitatem quorundam eorum cursus nunc celerius nunc tardius perficiuntur, ut Saturnus extimus .xxx. annis, Iupiter .xii., Mars .xviii., Sol .uno. anno, Venus .xiii., Mercurius .xxiiii., Luna mense uno. [**150**] Ideo inter Saturnum et Martem Iupiter temperatus locatur, quia eorum aduersitas Iouis prosperitate temperatur. [**151**] Sol uero fons luminis et caloris .iiii. loco sequitur, quia immenso eius calore tres subsequentes frigidi et humidi planete contemperantur. [**152**] Quod autem quidam inferiorum planetarum in suis circulis minoribus sunt morosiores hoc facit eorum retrogradacio, quod quidam superiorum in suis maioribus circulis sunt celeriores hoc facit magna direccio et parua retrogradacio, ut Mars in perficiendo cursum suum moratur annis .xviii., Iupiter eo superior .xii., Mercurius penultimus .xxiiii., Venus eo superior .viii. [**153**] Sol uero et Luna, quia nunquam retrogradantur, equali modo et simili in suis circulis feruntur. [**154**] Sol quoque in medio planetarum dicitur esse dinumeracione non spacii quantitate, quoniam intercapedo maior a Sole dirigitur ad Saturnum quam ad Lunam a Sole deorsum. [**155**] Planetarum uero motus circulares, id est perfecti motus circa medium, retenciones dicuntur, quibus in firmamento motu continuo retinentur. [**156**] Hec est sentencia tam Grecorum quam Latinorum, et hec Caldeorum, qui diuinius uerum indagare soliti sunt ; dicunt celum et sydera non ex elementis esse, sed ex quadam singulari qualitate que nec calida nec frigida nec humida nec sicca est sed continuis et eisdem circularibus semper ad punctum redicionibus diuina lege infecta est. [**157**] Hec ergo qualitas motus omnia mouens dicitur, a qua calor nec igneus nec

150 D_1 Ideo autem quia...temperatur] BU ut eorum adustionis benignitate temperetur.

151 .iiii. loco] D_2 circulo quo immenso] D_2 in mense BU sequentes humidi] B hii.

152 U planetarum inferiorum D_2 immoresiores retrogradacio *pr.*] BU retrogradatio magna D_1 *not. in marg. recent. man.* nota retograd. directis quod] D_2 et circulis *alt.* ... facit *alt.*] BU celeriores facit U directa retrogradacio *alt.*] B regradacio ut Mars... .viii.] BU *om.* suum] D_1 *om.* eo *alt.*] D_2 *om.*

153 uero] U autem equali... simili] D_2 equali modo ut simili BU equali et simili modo.

154 D_1 *not. in marg.* Nota Sol quoque] D_1 Sol uero D_2 Et sciendum quia Sol esse] BU *om.* dinumeracione] U nominatione quoniam] BUD_1 quia BUD_1 maior intercapedo (B interrapedo) BUD_1 dirigitur a Sole ad *pr.*] D_1 usque ad ad Lunam...deorsum] BU a luna desuper ad eum.

155 perfecti motus] B perfecti U perfecta motu continuo] BU continue.

156 B *not. in marg. sec. man.* sententia quod superiora corpora non sunt ex elementis composita hec] B etiam U *om.* sunt] BUD_1 *om.* calida...sicca] BUD_1 calida nec sicca nec frigida nec humida est *alt.*] D_1 *om.* continuis et eisdem] U ex eisdem et continuis B ex elementis et continuis BU domini lege est. *tert.*] U *om.*

157 ergo] U igitur U mouens omnia BU inconsumptus.

ignitus sed inconsumptiuus et uite fomes uniuersalis generatur. [**158**] Ex hac igitur qualitate mundi machina oritur et omnia celescia corpora in firmamento firmantur.

[**159**] DE POTESTATIBVS PLANETARVM IN DOMIBVS SVIS NATVRALIBVS ET ACCIDENTALIBVS. [**160**] Habent planete potestates, quasdam per naturam, per accidenciam quasdam. [**161**] Potestates per naturam sunt domus, exaltacio, terminus, faciès, triplicitas et aspectus. [**162**] Domus planetarum siue domicilia, de quibus supra, hic ponuntur expolicionis euidencia : [**163**] Domus Saturni est Capricornus naturalis, Aquarius accidentalis ; domicilia Iouis Sagittarius et Pisces, utrumque ei naturale ; domus Martis Aries naturalis, Scorpio accidentalis ; domus Veneris Libra naturalis, Taurus accidentalis ; domus Mercurii Virgo naturalis, Gemini accidentalis ; domus Solis Leo naturalis ; domus Lune Cancer naturalis. [**164**] Si autem planete intrauerint signa natura eis conueniencia, secundum Dorotheum dicuntur eis congratulari, quia potestatiua nature conueniencia sunt ut eorum domum. [**165**] Et signum septimum a domo uniuscuiusque planete dicitur eiusdem planete detrimentum fore.

[**166**] Hee autem sunt exaltaciones planetarum : [**167**] Sol exaltatur in Ariete in .xix°. gradu eius, Luna in tercio gradu Tauri, Saturnus in .xxi.. gradu Libre, Iupiter in .xv. gradu Cancri, Mars in .xxviii. gradu Capricorni, Venus in .xxvii. gradu Piscium, Mercurius in .xv. gradu Virginis, Caput Draconis in tercio gradu Geminorum, Cauda eius in tercio

159-64 ALCABITIUS, fol. 3ᵛ.
166-70 Fol. 3ᵛ.

158 igitur] B ergo corpora] D_1 *om.* firmantur] BU mouentur.
159 D_2 *om. sed not. in marg.* .10. BU POTESTATE U IN DOMIBUS RERUM NATURALIUM ET ACCIDENTALIUM.
160 D_2 per accidencia quasdam BUD_1 quasdam per accidentia (BU accidens).
161 sunt] D_2 *om.*
162 siue domicilia] BUD_1 *om.* supra] U sunt BU ponuntur hic B expositionis U ex poli us in.
163 D_1 *add. rubr.* DE DOMIBVS Domus Saturni...accidentalis *pr.*] D_2 *om.* est] BU *om.* B naturalis capricornus domicilia] D_1 domus BU *om.* Pisces...naturale] D_1 pisces utraque naturale BU piscis naturales (U -is) domus *omn.*] BU *om.* BU scorpius domus Martis...Gemini accidentalis] D_2 alterum accidentale naturalis *tert. et quart.*] D_2 naturale.
164 Si autem...Dorotheum] D_2 Et nota quia si planete intrauerint *etc.* D_1 Secundum Dorotheum si planete intrauerint signa naturalia BU Si autem intrauerint planete signa naturalia secundum Dorotheum BU gratulari potestatiua] U ptum.
165 D_2 ceptiuum U .viii. U cuiusque BD_2 cuiuslibet eiusdem...fore] U eius detrimentum fore B esse eius detrimentum.
166 D_2 Hee sunt exaltaciones D_1 DE EXALTATIONIBVS PLANETARVM.
167 Sol exaltatur] D_2 *om.* in Ariete...eius] BUD_1 in .xix.° gradu Arietis gradu *alt.*] D_1U *om.* gradu *tert.-non.*] BUD_1 *om.* eius *alt.*] BU *om.*

gradu Sagittarii. [168] In .vii. autem signo ab exaltacione uniuscuiusque planete in simili gradu erit eius descencio ; uerbi gracia, sicut Sol exaltatur in .xix°. gradu Arietis ita in .xix. gradu Libre cadit. [169] Sic de ceteris. [170] Ptolomeus uero ponit totum Arietem exaltacionem Solis et Taurum Lune.

[171] DE TERMINIS VEL FINIBVS EORVM. [172] Quinque tamen planete terminos siue fines in signis habent, quia in unoquoque signo terminos suos per diuersos gradus dispositos tenent. [173] Nam ab inicio Arietis usque in sextum gradu eiusdem terminus est Iouis, et a sexto usque in duodecimum terminus Veneris, et a .xii°. in .xx. terminus Mercurii, et a .xx°. in .xxv. terminus Martis, et a. xxv°. in .xxx°. terminus Saturni. [174] Horum ergo racione terminorum cognoscitur cur in astrolapsu numerus exaltacionis Solis ab Ariete semper incipitur.

[175] DE FACIEBVS SIGNORVM QVE SINT. [176] Facies signorum sic approbantur, que planetis attribuuntur : unumquodque signum in tres partes equales diuiditur et unaqueque pars ex .x. gradibus constat et facies uocatur. [177] Prima facies est a primo gradu Arietis usque ad .x. et Marti datur ; secunda a .x. gradu eiusdem signi usque ad .xx. et Soli, qui in ordine succedit, attribuitur ; tercia ad finem predicti signi et Veneri deputatur. [178] Similiter prima facies Tauri est Mercurii, et ita hoc ordine successiuo planetarum usque in finem signorum disponatur.

171-73 Fol. 4v.
175-78 Fol. 5.

168 D_1 *not. in marg.* descensionibus planetarum D_2 Et notandum quia in .vii. signo D_1 cuiusque D_2 discencio U decencio verbi...cadit] BU *om.*
169 BU *om.* Sic] D_2 Similiter.
170 Solis et Taurum] B *om.* et U solis et totum D_2 *om.*
171 BUD_2 *om.*
172 siue...habent] BU uel fines habent in signis unoquoque] BU omni B tenetur.
173 sextum...eiusdem] BU gradu eius .vi. et *pr.*] BU *om.* sexto] U .v. usque] BUD_1 *om.* et *alt., tert., quart.*] BU *om.* terminus *alt., tert.*] D_1 *om.*
174 ergo] BUD_1 igitur BU terminorum ratione cognoscitur] D_1 *add. in marg.* BU perpenditur cur] U cum B astrolabio U astrolabi.
175 BUD_2 *om.*
176 U probantur planetis] B *om.* D_1 equas unaqueque pars] BU quelibet D_2 uocantur.
177 ad *pr.*] BUD_1 in .x.] U .xi et *pr.*] U *om.* a. x. gradu] D_1 a .x°. BU ab .xi°. eiusdem...attribuitur] D_1 eiusdem usque in .xx^{m}. et Soli attribuitur B in .xx^{m}. et Soli datur U in .xx^{m}. Soli ad finem...deputatur] B a.xxi. in .xx. et veneri datur U a .xx. in .xxx. veneri.
178 ita] U in BU hic.

[179] DE TRIPLICITATE. [180] Triplicitates uero signorum sic distinguuntur, in quibus operative potestates planetarum consistere probantur :]181] Omnia enim tria signa que in una uidentur concordare natura faciunt triplicitatem. [182] Aries, Leo, Sagittarius faciunt triplicitatem primam, quia quodlibet istorum signorum est igneum, colericum, masculinum, diurnum. [183] Hec est triplicitas orientalis, cuius domini sunt in die Sol, nocte Iupiter, et eorum particeps die et nocte Saturnus. [184] Triplicitatem secundam Taurus, Virgo et Capricornus, que sunt unius nature, faciunt, quia sunt terrea, melancolica, feminina, nocturna. [185] Hec est triplicitas meridiana, cuius domini sunt in die Venus, nocte Luna, quorum particeps est die et nocte Mars. [186] Triplicitas tercia est ex eiusdem nature signis, Geminis, Libra et Aquario, quia sunt aerea, sanguinea, masculina, diurna, occidentalia. [187] Huius triplicitatis domini sunt die Saturnus, nocte Mercurius, quorum particeps die et nocte Iupiter. [188] Triplicitas quarta est ex Cancro, Scorpione et Piscibus, quia sunt aquatica, fleumatica, feminina, nocturna, septentrionalia, cuius domini sunt in die Venus, nocte Mars,

179-88 Fols. 3v-4.

179 BUD_2 *om.*

180 BUD_1 Triplicitas uero] BU *om.* BUD_1 distinguitur D_1 operature U *9 pœ.*

181 enim] BU *om.* BD_1 unam natura faciunt] BD_1 naturam faciunt (*et* B *not. om.*) U faciunt vnam.

182 U vt Aries D_1 *not. in marg.* Prima triplicitas faciunt] BU sunt triplicitatem...diurnum] D_1 triplicitatem primam quia sunt ignea colerica masculina diurna BU *om. per hom.*

183 Hec est] BU *om. per hom.* sunt] U sunt duo nocte *pr.*] UD_1 et nocte B et in nocte.

184 D_1 *not. in marg.* Triplicitas secunda D_1 Triplicitas secunda Taurus Virgo Capricornus faciunt quia sunt unius nature .s. terrea Triplicitatem secundam] BU *om.* et] BD_1 *om.* que sunt...feminina] BU *om.* nocturna] BUD_2 *om.*

185 Hec est triplicitas] BU *om.* in] UD_1 *om.* die *pr.*] U *om.* B in nocte Luna U et Luna quorum] BUD_1 et eorum est *alt.*] BD_1 *om.* die et nocte] U *om.*

186 D_1 *not. in marg.* Triplicitas tercia Triplicitas...occidentalia] BU Gemini libra et (B *om.*) aquarius occidentalis D_1 scilicet Geminis et] D_1 *om.* D_1 occidentalia masculina diurna.

187 BUD_1 cuius domini sunt die *pr.* ... nocte *pr.*] B in die...in nocte U *om.* quorum] BUD_1 et eorum.

187-88 Iupiter...nocte *alt.*] BU *om. per hom. sed add. in marg.* Cancer. Scorpius. Pisces. triplicitas .4ta. He signa sunt fleumatica. nocturna. aquatica. frigida et humida. sapore salsa. septentrionalia. cuius triplicitatis sunt domini in die Venus. In nocte. mars. et eorum particeps die ac nocte. est luna.

188 Triplicitas...Mars] U Septentrionalia Cancer scorpius pisces cuius domini sunt venus et mars est] ? *om.* et *pr.*] D_1 *om.* D_1 fleumatica aquea feminina... septentrionalia] D_2 *om.* in die] D_1 die quorum] U et eorum constat] BUD_1 *om.*

quorum particeps die et nocte Luna constat. [189] Quatuor tamen planete accidentales habent potestates in quatuor signis : Saturnus in Aquario, Mars in Scorpione, Venus in Tauro, Mercurius in Geminis. [190] Hec faciunt accidentalia eorum domicilia.

[191] DE PRINCIPATV PLANETARVM IN CONCEPCIONE PVERORVM. [192] Zehel eben Biscere Ysraelite de naturis superiorum in Libro eleccionis scribit et in Libro iudiciorum de eisdem euidencius perstringit. [193] Primus mensis ab hora, scilicet, conceptionis est Saturni, secundus Iouis, tercius Martis, quartus Solis, quintus Veneris, sextus Mercurii, septimus Lune, octauus Saturni. [194] Et ideo non uiuit qui octauo mense nascitur, quia sub potestate Saturni peremptoria et concipitur et nascitur. [195] Nonus uero mensis Ioui deputatur, quia prosperitati potestatis sue conformantur qui sub eo concipiuntur, et ideo in nono mense uiuidius nascuntur. [196] Principatus igitur planetarum naturam humanam ita moderatur et potestas eorum in humana uita sic ordinatur : [197] Principatus enim Lune incipit a natiuitate pueri et disponit qualitatis aptitudinem secundum quantitatem annorum nutricionis, qui sunt .iiii^{or}. anni, deinde Mercurius .x., inde Venus .viii., deinde Sol nouendecim, deinde Mars .xv., post Iupiter .xii., Saturnus denique usque in finem uite. [198] Ad euidenciam ergo predictorum potestas duplex assignatur planetarum ; alia enim accidentalis dicitur, que ex domiciliis quorundam signorum, ut predictum est, consideratur ; alia uero naturalis, que cum augmento sue potestatis in signis eciam annotatur et in subdito-

191, 193-97 Fol. 12^{v}.

189 Quatuor...Geminis] BU Quatuor uero tamen planete potestates (U potestatem) habent in domibus accidentalibus D_2 Et notandum quia .iiii^{or}. tamen accidentales] D_1 *om.*

190 BU *om.* faciunt] D_1 sunt.

191 D_2 *om. sed not. in marg.* .xi. Rubrica PRINCIPATV BU POTESTATE.

192 U Es helebem bezic BD_1 bizre superiorum] BUD_1 signorum de eisdem euidencius] D_1 euidencius de eisdem BU super hiis euidencius perstingit] U percurrit.

193 scilict] BUD_1 *om.* quartus...Saturni] BU et sic per ordinem.

194 BU et quia .viii'. est Saturni non uiuit in eodem nascens.

195 BU in .ix.° uero Joui deputato viuidius nascuntur (B inuidus nascitur). quia potestatis (U potestati) sue prosperitati conformantur (U conformatiuus) uero mensis] D_1 *om.*

196 igitur] B ergo.

197 enim] BU *om.* Lune] U litem anni] BUD_1 *om.* inde] B deinde deinde *alt.* ... nouendecim] UD_1D_2 *om.* deinde *tert.*] BU hinc .xii.] D_2 .xiii. denique] BUD_1 *om.*

198 D_2 Hinc igitur notandum quia ad euidenciam ergo] UD_2 *om.* D_1 duplex potestas assignatur BU duplex assignatur potestas alia enim... naturalis] D_1 alia accidentalis alia uero naturalis BU vna ut predictum est alia U agmento D_1 potestatis sue naturis] B nich'.

rum naturis subtilius intelligitur. [**199**] Hec enim potestas naturalis in rerum naturis primum sopitis aptitudinem a primordio format et operatur et naturam humanam non lege coaccionis sed amicicie moderatur. [**200**] Humana namque natura ex ipsa superiorum potestate nec talis nec talis efficitur, sed aptitudinem et naturalem et solam sortitur. [**201**] Superiorum quippe potestas humane nature qualitates nec tales nec tales ingerit, nec uitam humanam uel officiosam uel ad actualia diuersa disponit, sed solam qualitatum uel actuum aptitudinem eis firma lege pacis imponit, unde postmodum natura uel uita qualitates uel actus tales uel tales potencius suscipit. [**202**] Vnde Caldeorum calculacio in Ezich : Saturnus qui et Zoal, et Mars Elmerich, et Cauda mali dicuntur, quia omnibus nocent, exceptis suis, quibus non aduersantur. [**243**] Iupiter, Musteri, et Venus, Zora, nunquam alicui obsunt, sed suis et alienis prosunt. [**204**] Mercurius, Zuntarich, et Luna, Elcanair, mediocres sunt, quia suis bona faciunt et alienis partim mali ingerunt.

202-04 Zoal, Elmerich, Musteri, Zora, Zuntarich, Elcanair : cf., e.g., *Liber ezich Elkaurezmi per Athelardum Bathoniensem ex arabico sumptus*, ed. H. Suter (Copenhagen, 1914), « Tafeln », pp. 109 ff.

199 D_1 *not. in marg.* Quoniam necessitate constellationis desponantur uita et mores hominum primum] BU prius B aptitudine moderatur] U operatur.

200 namque] UD_1 enim U superioris nec talis *alt.*] BUD_2 *om.* et *pr.*] BU *om.*

201 U potestatis qualitates *pr.*] UD_2 qualitatis nec tales *alt.*] BUD_2 *om.* humanam] U hominum BU officiosa BU deponit BD_1 qualitatem natura uel] U naturalis uita] D_2 circa [?] uel tales] D_2 *om.* U vl clem U potenciam.

202 D_1 *not. in marg.* Nomina planetarum secundum secundum [*sic*] Caldeos et Zoal] B *om.* D_2 Elerich B almerich U almica U suis exceptus D_1 his qui sui sunt.

203 Musteri] B marti U mars B Zoza U Zona U nonquam alicui] B alieni U absunt suis] U suo.

204 U Marcurius B elkanair U elkanar D_2 Elichanar BU partem D_2 parum [?]

[205] PARS QVARTA

[206] QVID SIT TEMPVS ET DE MOTV IPSIVS ET TEMPORALIVM SECVNDVM MOTVM SVPERIORVM

[207] In Matentetrade mathematici mundum superlunarem tempus uocant propter celescium corporum cursum et motum, sublunarem uero mundum temporalem, quoniam secundum perpetuum ordinem superiorum mutabilitas rerum geritur inferiorum. [208] Tempus est motus et more equalis inequalitas, mundum comitans, motum suum ex motu celescium corporum striccius et amplius prorogans, temporalia temperans et sepius distemperans. [209] Tempus a temperando dicitur, quia diuersarum qualitatum suarum temperie temporalium qualitates temperantur. [210] Equalis inequalitas motus et more dicitur, quia motus eius cum mora equaliter, id est constanter, inequalis, id est mutabilis, sentitur et percipitur. [211] Mundum comitans dicitur, quia tempus cum mundo temperato incepit et mundana temperans cum eo perseuerabit. [212] Motum suum ex motu celescium corporum, id est firmamenti et planetarum, uiuida uarietate sumit et motus sui moram striccius et amplius extendit. [213] Striccius quantum ad presens instans tempus, amplius quantum ad .iiii. anni tempora, uel quantum ad preteritum uel futurum tempus. [214] Diuisiue autem partes non ascribuntur tempori propter naturales eius qualitates, sed propter preteritas uel futuras temporalium

207 HUGO DE S. VICTORE, *Didasc.*, I. vii.

205 U QVARTA PARS D_1 PARS SECVNDA D_2 *om. sed not. in marg.* Rubrica .xii.

206 U QVID TEMPVS ET *etc.* D_2 *om.* D_1 HERMES MERCVRIVS TRIPLEX. QVID SIT TEMPVS ET DE MOTV EIVS SECVNDVM MOTV SVPERIORVM ET DE MOTV TEMPORALIVM SECVNDVM MOTVM EORVNDEM. VNDE SVNT ET QVID AGANT VENTI. VNDE PESTILENTIA. EX QVIBVS PRECIPVE COMMVTANTVR TEMPORALIA QVOD TONITRVA IN DIVERSIS TEMPORIBVS SIGNIFICANT DIVERSA. DE ECLIPSIS SOLIS ET LVNE VNDE MVTATVR TEMPVS MAXIME.

207 Matentetrade] D_1 *not. supra* liber de doctrina quadruuii B metente trade U metentetrude D_2 matenteriacle B temporale quoniam] BUD_1 quia.

208 D_1 *not. in marg.* Descriptio temporis BU inequalitas equalis D_2 equalis B comitalis temporalia] BU *om.* B et sepius detemperans D_2 *om.*

209 D_1 *not. in marg.* Expositio temperando] BD_1 temperamento temperie] D_2 tempori temperantur] D_1 operantur BU operatur.

210 BU et motus more dicitur] BU *om.*

211 comitans dicitur] U comitans B concomitatur cum *pr.*] U quia cum.

212 ex motu celescium corporum] B e.m.cc. uiuida...amplius] D_2 *om.*

213 Striccius] B *om. per hom.* tempus] BU *om.*

214 D_2 Et notandum quia diuisiue partes autem] U au ascribuntur] D_1 attribuuntur.

acciones. [**215**] Temporalia temperie, id est caloris et frigoris tepore siccitatis et humiditatis humectacione modificata, temperat ; et intemperie, id est corrupta qualitatum commixcione, distemperat. [**216**] Quomodo uero motum ex motu celescium corporum tempus sumit Zechel sic exponit : [**217**] Quatuor sunt signa — Cancer, Capricornus, Aries et Libra — que ideo mobilia dicuntur, quia cum Sol aliquid istorum ingreditur tempus in alium statum mutabilem mutatur. [**218**] Alia .iiii^or^. signa — Taurus, Leo Scorpius et Aquarius — fixa dicuntur, quia Sole in aliquo eorum permeante idem tempus in statu tali stabile sentitur. [**219**] Quatuor sequencia — Gemini, Virgo, Sagittarius, Pisces — communia dicuntur, quia Sole Geminos intrante idem tempus uariabiliter commune habetur. [**220**] In hac temporis mutacione tripartita mutantur temporalia, de quorum omnium mutacione dicit eciam Zechel Ysraelita : [**221**] Cum uolueris ut non lateat aliquid in rebus temporis, scito utrum sint signa planetarum ponderosorum calida uel frigida. [**222**] Si calida significabunt calorem in estate, temperamentum aeris in hyeme. [**223**] Si fuerint planete in signis frigidis significabunt frigus in hyeme, temperamentum in estate. [**224**] Similiter si coniuncti fuerint planete in signis aquaticis significabunt in hyeme multitudinem pluuiarum et corrupcionem aeris et in estate temperamentum aeris et multitudinem roris. [**225**] Planete ponderosi sunt Saturnus, Iupiter et Mars, et debet eis participare

216-19 Zahel, *Interrog.*, fol. 111^v^.
220-29 Messahalla, *De coniunc. planetar.*, cap. vi, ed. Venetiis, 1519, fol. 136.

215 temperie] D_2 tempere B tempora U temporas caloris et frigoris] D_1 calore et fri BU caliditatis et frigiditatis tepore] B tempore D_2 tempere siccitatis] D_2 sic humiditatis] D_2 *om.* temperat...id est] BU et BUD_1 admixcione distemperat] B *add. supra sec. man.* tempus.

216 D_1 *not. in marg.* <Z>ehel filius bizre B motum uero BUD_1 sumit tempus.

217 et] BU *om.* aliquid istorum] B aliquid eorum U ad eorum mutabilem] BU *om.*

218 U Alia uero D_2 lilia signa] BUD_1 *om.* et] BUD_1 *om.* dicuntur] BU *om.* BU eorum aliquo B permanente.

219 U Sequencia .iiii. communia dicuntur] B omnia U contraria Geminos... habetur] BU in eis morante non (U *om.*) uariabile percipitur.

220 In hac...temporalia] D_2 In hac... tempora BU *om.* D_1 quorum eciam omni eciam] BUD_1 *om.*

221 D_1 *not. in marg.* Zehel filius bizre D_2 uolueritis ut] BU ut te *et* B *not. supra sec. man.* vt scias sint] D_1 *om.* D_2 ponderosiorem.

222 Si] D_2 Et BU temperiem.

223 BU temperiem.

224 planete] BU *om.* B aqueis in hyeme] BU *om.* pluuiarum...multitudinem *alt.*] B *om per hom.* aeris *pr.*] U aeris in hieme et *alt.*] D_1 *om.* temperamentum] U temperiem aeris *alt.*...multitudinem *alt.*] U cum multitudine.

225 et *pr.*] BUD_1 *om.* debet...participare] D_2 eis participari BU *om.*

Sol. [226] Et scito quod planete ponderosi cum fuerint in directo alicuius regionis significabunt siccitatem, famem et similia. [227] Et cum ab ea prolongati fuerint pluuiarum habundanciam in eadem significabunt. [228] Volo per proximitatem ut sint in signis septentrionalibus per prolongacionem in signis meridianis. [229] Item planete ponderosi cum fuerint orientales significabunt siccitatem ; occidentales pluuiarum habundanciam in hyeme, temperamentum in estate. [230] Et nota quia orientalis signa sunt Aries, Leo, Sagittarius ; occidentalia Gemini, Libra, Aquarius ; meridionalia Taurus, Virgo, Capricornus ; septentrionalia Cancer, Scorpius, Pisces. [231] Itaque secundum perpetuum ordinem superiorum mutabilitas rerum geritur inferiorum.

[232] VNDE SINT ET QVID AGANT VENTI. [233] ET DE PESTILENCIA EX QVIBVS COMMVTANTVR TEMPORALIA. [234] Vt astronomi succinctis naturarum racionibus attestantur, tempora cum suis temporalibus multis de causis commutantur. [235] Mouentur enim diuersis celescium corporum motibus uel aere uel uento uel fumi uapore, uel alio humore sepe tempestuosius commutantur. [236] Aer est quodam subtile ylementum quo uitalis species hauritur. [237] Ventus est aer densus usque ad offensionem tempestuosam commotus. [238] Aer est uenti genus. [239] Aer densus est uentus, dum est quietus non est uentus. [240] Motus ad impetum fit uentus, commotus ad offensionem fit uentus tempestiuus.

237-54 ADELARD, secs. LIX-LX, p. 55, l. 3-p. 56, l. 12.

226 Et scito quod] BU Cum cum...directo] BU *om.*
227 ea] U eo habundanciam] BU copiam significabunt] BU *om.*
228 Volo] D_2 Solo ut sint] B *not. supra sec. man.* planete ponderosi signis sept entrionalibus] U septentrionales et B septentrionales *et not. supra sec. man.* id est signis.
229 significabunt] BU notabunt pluuiarum habundanciam] BU imbrium copiam BU temperiem.
230 BUD_1 *om.*
231 D_1 ordinem superiorum perpetuum.
232 D_2 *om. sed not. in marg.* .xiii.
233 D_2 *om.* D_1 VNDE PESTILENCIA EX QVIBVS CVM TEMPORALIBVS COMMVTANTVR TEMPORA TEMPORALIA] U GENERABILIA.
234 U Et astronomoI succenti naturarum] D_2 naturam D_1 rerum attestantur] B astipulatur U astipulantur.
235 Mouentur] D_2 Mouetur B Mouent *et not. supra* temporalia aere, uapore] B *not. supra* motu tempestuosius] B tempestiosius D_2 tempestuosus D_2 commutatur B *not. supra* temporalia.
236 D_1 *not. in marg.* Quid sit aer.
237 D_1 *not. in marg.* Quid sit uentus densus] B diuersus offensionem] D_2 officionem commotus] BU concitatus.
239 Aer...uentus *pr.*] BU *om.*
240 Motus] BU *om.* fit *pr.*] B citatus sit U citatus sicut est commotus... tempestiuus] B ad offencionem commotus sit uentus tempestiuos U ad offensionem commotus sic est ventus tempestuosus offensionem] D_2 officionem.

[**241**] Queritur unde primus procedat aeris motus. [**242**] Respondet : Vt existenciam uariacionis, ut eternitatem temporis, ut unitatem pluralitatis, ita quietem ponimus causam mocionis. [**243**] Quicquid enim mouetur ab alio mouetur. [**244**] Quod autem mouetur uel a quiescente uel ab eo in quo erit motus mouetur. [**245**] Quod autem mouetur aut in quiete aut in motu esse dicitur, in quiete per accionem, in motu per accionem et passionem. [**246**] Mouet enim quies et non mouetur. [**247**] Est enim forma non paciens sed agens. [**248**] Est enim causa motus non eiusdem effectus. [**249**] Causa namque uel forma in igne cum sursum fertur uocatur leuitas, in lapide cum deorsum trahitur grauitas, in aere cum agitatur agilitas. [**250**] Hec ergo cum quiescens ipsa sit, fundamentum suum ad motum impellit. [**251**] Sic ergo dicimus formas rerum causas esse passiuorum effectuum. [**252**] Hee enim cause habundancie sue efficacia ad diuersos ponderum effectus subiecta impellunt, cum ipse tamen eiusdem ponderis ignare permaneant. [**253**] Vnde eciam ipsa uniuersorum prima causa cum omnia aliquomodo moueat, ipsa tamen nulli motus uarietati subiacet. [**254**] Non igitur sequitur siquid mouet ut moueatur. [**255**] Hoc igitur modo primus aeris motus oritur, de quo expolicionis euidencia ponatur. [**256**] Aer est inferior pars etheris sub Luna ad terram, qui quanto terre propinquior tanto humidior et spissior, quanto remocior tanto siccior et splendidior inuenitur. [**257**] Subpositus

256-57 Guillaume de Conches, III. i (*P. L.* CLXXII, 75 C).

241 D_1 procedat primus U primo procedat.
242 BU Respondet et zehel D_1 Respondet Zehel Israelita D_1 Vt unitatem pluralitatis ut eternitatem temporis ut existenciam uariacionis U eternitate U mocIam.
243-44 ab alio... mouetur] D_2 *om. per hom.*
244 in quo erit] U quod erat.
245 D_1 esse dicitur aut in motu per *pr.* ...motu *alt.*] U *om. per hom.*
246 Mouet] U Manens non] B *om.*
247 Est enim] B Et est U Est etiam.
248 effectus] U defectus.
249 U Causa vel forma namque U fertur sursum U trahitur deorsum U agibilitas.
250 D_2 Hoc est U Hec igitur B *not. supra* forma quiescens...sit] U quies ipsa sunt.
251 U Sic igitur D_3 posteriorum.
252 Hee... cause] U Nam hee cause B Nam hee forme que sunt cause esse BU efficacie sue B affectus ipse] B *not. supra* forme BU eius.
253 eciam] BUD_1 *om.* BU moueat aliquomodo U tamen ipsa U subiacent.
254 igitur] B *om.* BU sequitur quod siquis moueat.
255 U *om.* igitur] B ergo B expoliacionis.
256 humidior] D_2 habundior et splendidior inuenitur] D_1 inuenitur et splendidior BU et subtilior (U sublimior) inuenitur.
257 et...eius] D_1 et Ivée illius BU illius et luce illius] D_2 eis.

uero Soli calore et luce eius illuminatur. [258] Ex uelocitate uero spiritus firmamenti et calido motu Solis impulsus aeris oritur. [259] Ex impulsu conflictus maris generatur, ex quibus motus nascitur qui uentus appellatur. [260] Si autem iste cause uenti in oriente fuerint et exinde uentus flauerit Eurus nominatur ; ab occidente Zephirus, a septentrione Aquilo, a meridie Auster nuncupatur ; ultro uel citro commoto aere currentes collaterales augentur. [261] Si uero terre cauernas subintrat et exit in se ipsum tumidus commotus augmentatur, unde aeris maior motus et tempestuosus promouetur. [262] Inde Eolia, quia cauernosa est, uentorum regio dicitur.

[263] DE NOMINIBVS VENTORVM CARDINALIVM ET COLLATERALIVM ET DE NATVRIS EORVM. [264] Ventus autem in .xii. diuiditur, quorum .iiii^{or}. cardinales et eorum .viii. collaterales dicuntur.

D_1	D_2	BU
[265] Primus cardinalis est Septentrio qui et Aparthias faciens frigora et nubes, huius dexter Circius qui et Tracias faciens niues et grandines, eius sinister Aquilo qui et Boreas constringens nubes. [266] Secundus cardinalis Subsolanus qui et Afeliotes temperatus, huius dexter Vulturnus	[265] Primus cardinalis Eurus, orientalis, nubes generans uocatur, cuius dexter Vulturnus qui et Calcias cuncta dessicans, et eius sinister Subsolanus qui et Afeliotes temperatus comprobatur. [266] Secundus cardinalis Auster, meridionalis, qui et Notus humorem, calorem et	[263] NOMINA VENTORVM. [265] Primus cardinalis Subsolanus, cuius dexter Vulturnus, sinister Eurus. [266] Secundus cardinalis Zephirus,

259-62 III. xv *P. L.* CLXXII, 81 B-82 B.

263-271 BEDA, *De nat. rer.*, cap. xxvii (*P. L.* XC, 247-49). Cf. PLINIUS, II xlvii ; SENECA, *Quaest. nat.*, V. xvi, 3 pp. ; APULEIUS, *De mundo*, ed. THOMAS, pp. 145 ff. ; ISIDORUS, *De nat. rer.*, cap. xxxvii, et *Etym.*, XIII. xi, 1-19.

258 uero] U *om.* spiritus] BU *om.*

259 motus] D_2 *om.* appellatur] BU dicitur.

260 D_1 *not. in marg.* Venti cardin<ales> U Sic BU uenti cause BUD_1 fuerint in oriente D_2 orienti exinde] B ex materia nuncupatur] BUD_1 *om.* U commotus.

261 uero] B ergo U igitur BU cauernas terre BU subintrauerint et exierint (U exierit) BU tumide BU maior aeris promouetur] B procreatur U procreatus.

262 Inde] BU hinc BU Eolea.

263 UD_2 *om.*

264 et eorum] BD_1 et U *om.*

266 D_1 *not. in marg.* Secundus cardinalis et eius collateralis.

qui et Calcias cuncta desiccans, eius sinister Eurus nubes generans. [267] Tercius cardinalis Auster qui et Nothus humorem, calorem et fulmina gignens, huius dexter Euroauster calidus, eius sinister Euronothus temperatus, et sicut australes constituciones pestilenciam inducunt ita boreales depellunt. [268] Quartus cardinalis est Zephirus qui et Fauonius hiemem resoluens floresque producens, huius dexter Affricus qui et Libs tempestuosus tonitrua generans et fulmina, eius sinister Corus qui et Agrestes in oriente nubila, in India faciens serena.

inundacionem gignens dicitur, huius dexter Euroauster, scilicet calidus, eius sinister Euronothus temperatus appellatur. [267] Tercius cardinalis Zephirus, occidentalis, qui et Fauonius hyemen resoluens floresque producens, dexter eius Affricus qui et Libs tonitrua et fulmina generans, sinister uero Chorus qui et Argestes in oriente nubila, in India serena faciens. [268] Quartus cardinalis Aquilo, septentrionalis, nubes constringens, cuius dexter Circius qui et Tracias niues faciens et grandines, sinister quoque Boreas qui et Aparcias frigora penetratiua faciens.

cuius dexter Affricus, sinister Corus. [267] Tercius cardinalis Aquilo, cuius dexter Circius, sinister Boreas [268] Quartus cardinalis Auster, cuius dexter Euroauster, sinister Euronothus. [267 a] Hii omnes secundum situs climatum temperantur uel distemperantur ; et notandum quod pestes uel infirmitates quas australes inducunt aquilonares depellere.

[269] VNDE NVBES ET PLVVIE ET DE EARVM NATVRIS. [270] VNDE NIX ET GRANDO, ROS ET PRVINA. [271] Preter hos duo sunt uenti, Aura in terra, Altanus in pelago, quibus aliorum uentorum spiramine commotis aquam in aera trahuntur, que conglobate nubes, id est nimborum naues, dicuntur. [272] Hinc est quod lenta et iugis defluxio pluuia dicitur.

267-67ª Cf. ISIDORUS, *Etym.*, XIII. xi, 6.

267 D_1 *not. in marg.* Tercius et eius.
268 Euroauster] U *om.*
[267 a] uel distemperantur] U *om.* U depellunt.
268 D_1 *not. in marg.* Quartus et sui.
269-70 BUD_2 *om.*
271 B duo uenti sunt D_1 sunt duo uenti. B altarius nimborum naues] BU *om.*
272 U dicuntur.

[273] Preceps defluxio de nubibus nimbus uel imber appellatur. [274] Aliis quoque de causis cum temporalibus fit mutacio temporis. [275] In omni namque tempore uel aer ex frigiditate spissatur, uel fumus humidus uapore diffunditur, uel humor uento uel calore eleuatur. [276] Si uero uentus septentrionalis uel eius collateralis terre uicinus flauerit aquas in aera subleuatas et in pluuias dissolutas propter maiorem eius frigiditatem et minorem humiditatem niues efficit. [277] Si autem idem uentus in aera superius flauerit ex frigiditatis et siccitatis quantitate pluuiarum guttas ibidem repertas in lapideam substanciam que grando dicitur constringit. [278] Ros de aere uenit quando humor aeris frigido noctis et Lune rigore distillat. [279] Si noctis frigus rorem rigidius angit in pruinam uersus inalbescit. [280] Pestilencia uero nascitur ex aeris corrupcione, ex intemperie siccitatis uel caloris uel humiditatis nimie proueniente. [281] Hinc igitur tempora cum temporalibus commutantur. [282] In coitu quoque et nadair, id est in coniunccione et opposicione Solis et Lune fit mutacio temporis manifeste. [283] Secundum uniuersalem sentenciam astrologorum accessu et recessu planetarum clades ascribuntur eluuionum et exuscionum. [284] Cum enim Luna, Mercurius, Saturnus frigide sint et humide stelle, si ad Cancrum ueniant et ad cetera septentrionalia signa frigida et humida

275 Cf., e.g., Guillaume de Conches, III. iv (*P. L.* CLXXII, 76 B).
277 III. viii (CLXXII, 77 D).

273 defluxio...imber] B autem nimbus uel imber U a iste [?] nubibus nimbus D_2 defluxio de nubibus nimbus.
274 quoque] B que UD_2 *om.* D_2 temporibus sit.
275 namque] BUD_1 enim aer] D_2 dex' elevatur] BU subleuatur.
276 D_1 *not. in marg.* vnde nix BU collateralis eius septentrionalis] BU aquilonaris uicinus] UD_1 uicinius B in cuius BD_1 aere U pluuuiam U efficit niues.
277 D_1 *not. in marg.* Vnde grando BD_1 aere *et* B *not. supra* aquilonaris ibidem] D_2 *om.* substanciam] U naturam constringit] D_1 conuertit.
278 D_1 *not. in marg.* Vnde Ros frigido] U frIs et Lune] BU luneque B destillat.
279 D_1 *not. in marg.* Vnde Pruina frigus] BU frigiditas BD_1 auget.
280 D_1 *not. in marg.* Vnde Pestilent<ia> BU Pestis nimie] U *om.* proueniente] D_2 *om.*
281 igitur] BD_1 ergo tempora] U temperatur temporalibus] UD_2 temporibus BU mutantur.
282 U In ortu D_2 Introitu et *pr.*] BU uel nadair] D_2 uadit (*uel* nadit) U opposicione uel coniunccione.
283 D_1 *not. in marg.* Nota D_2 Et notandum quia secundum uniuersalem... astrologorum] B astrologorum vniuersalem sentenciam U uero astrologorum sentenciam ascribuntur] B fuerit U fiunt D_1 efficiuntur B exustionum et eluuionum U eluuonum.
284 D_1 *not. in marg.* Quomodo fiat eluuio B humidi fuit et frigide U humide et frigide sunt si...signa] BU si (U non) ad septentrionalia signa cetera] D_1 alia.

fit eluuio. [285] Item si Sol, Venus, Mars, Iupiter ad Capricornum ueniant et ad cetera meridiana signa calida et sicca fit exuscio. [286] Si uero calide et frigide stelle simul accedant uel unanimiter recedant mutuo se temperant. [287] Calor Solis aquas occeani calefacit, mouet et aere mediante inpellit, unde refluxio maris oritur et refluit. [288] Secundum quosdam uero quia Mediterraneum mare siccitatis meatibus fluit, promontoriis insularum prepedientibus, ibi refluxio languescit. [289] Itaque sicut motus superiorum est acceptans non efficiens causa mutabilitatis inferiorum, sic qualitates temporum ex temperie et intemperie superiorum temperant et distemperant qualitates temporalium.

[290] QVOMO FIVNT ET VNDE TONITRVA. EX QVIBVS PRECIPVE COMMVTANTVR TEMPORALIA. [291] Tonitrua ex conflictu qualitatum quatuor elementorum dicuntur generari. [292] Quatuor enim elementorum sunt qualitates calor, siccitas, frigus et humiditas. [293] Harum autem qualitatum due dicuntur agentes et due pacientes. [294] Nam calor in frigore et siccitas operatur in humiditate. [295] Ex hac igitur diuersa qualitatum elementorum operacione per diuersas mundi partes maximus consurgit conflictus in diuerso tempore, quod quidem ex ipsa elementorum ordinacione eorumque qualitatum disposicione accipitur manifeste. [296] Cum enim ignis et terra elementorum loca obtineant extrema, reliqua duo, scilicet aer et aqua, continentur infra ipsa. [297] Cum igitur aer calidus et humidus sub igne et super aquam locum obtineat,

285 D_1 *not. in marg.* Quomodo fiat exustio Item] BU *om.* Capricornum... exuscio] BU australia uenerint fit exustio (U adustio) D_1 meridionalia.

286 simul] D_2 simici [?] uel unanimiter recedant] BU uel una (U uno) recedant D_2 *om.*

287 D_1 *not. in marg.* <V>nde maris reflu<xi>o et nulla in <m>editerraneo D_2 Sciendum quoque quia calor solis D_1 Calor solis qui aquas Occeani... et *pr.*] U maris calefacit] B *om.* et aere] B aerem inpellit] B *not. supra* calor solis unde...refluit] U Vnde et fluxus maris et refluit.

288 quosdam] U quibusdam quia] B quoniam BU siccitatis meatibus mare mediterraneum U in suarum D_1 prepedietibus U impedientibus U quod ibi refluxus euanescit.

289 Itaque] U Sed non] U uel causa mutabilitatis] U commut' abilitates sic] BU ita.

290 D_2 *om. sed not. in marg.* .xiiii. Rubrica BU QVID FIVNT *etc.* D_1 VNDE QVID ET QVOMODO FIANT PRECIPVE] U *om.*

291 BU .iiii^{or}. qualitatum U generari dicuntur.

292 D_1 Qualitates enim .iiii. elementorum sunt ca. fri. sic. et hu. BU Tot enim sunt qualitates calidum frigidum humidum siccum (B ca. fri. sic. et hu.)

293 Harum...dicuntur] B Harum due sunt U Due sunt et] BU *om.*

294 U fragore U operantur BUD_1 humore.

295 diuersa] BU causa BUD_1 .iiii. elementorum qualitatum in] U que quod quidem] U quoniam BU et qualitatum (U qualitatis) eorum.

296 BU teneant duo...aqua] BU *om.*

297 aer...obtineat] B aer super aquam et sub igne locum teneat U aer sub igne et super aquam locum teneat eius...superior] U *om.* U ignis parsque eius]

eius pars superior ex ignei caloris uicinitate magis exestuat parsque eius inferior ex aque proximitate magis uidetur humectam. [**298**] Hoc eciam de aqua que inter aerem et terram locum tenet potest indicari. [**299**] Quanto enim aqua terre remocior fuerit aerique propinquior tanto subtilior inuenitur atque purior, et quanto terre uicinior tanto obtusior et turbulencior. [**300**] Cum igitur Solis calor humorem aque sursum attrahat, humor aque humori aeris inferioris coniungitur et sic nubes efficitur. [**301**] Ad aquam, scilicet, cum calor ignis exestuando peruenerit, calori aeris superioris commixtus, ex contrarietate qualitatum eorum maximus quandoque generatur conflictus. [**302**] Vnde contingit ut in quacumque mundi parte Sol extiterit in eadem maiora fiant tonitrua. [**303**] Nam cum Sol signa septentrionalia, que a primo gradu Arietis per Cancrum in signum Libre signantur, peruenerit, sepe in septentrionali muni parte in eodem tempore tonitrua fieri necesse erit. [**304**] Id ipsum eciam cum Sol signa meridionalia, a Libra scilicet per Capricornum in Arietem, transcurrerit, in eadem mundi parte fieri tonitrua necessaria exigit. [**305**] Igitur ex calido et frigido, sicco et humido confligentibus ille sonitus nascitur qui tonitruus appellatur, quorum scilicet similis obuiancium terribilis et inextinguibilis ardens impetus fulmen dicitur. [**306**] Impossibile enim est si calor et siccitas frigori et humori materialiter misceantur, quin et sonitus et uelox impetus in ipso feruore generetur.

D_1 et pars BU *om.* proximitate... humectam] BU proximitate fit humeccior D_1 uicinitate magis uidetur humeccior.

298 D_1D_2 aera locum...indicari] BU locatur potest iudicari.

299 enim] B *om.* aqua] D_2 aliqua BU remocior terre BUD_1 et aeri propinquior] BU propior inuenitur atque] D_1 inuenitur et BU et terre uicinior] U uicinior eidem B eidem uicinior *et not. supra* terre BU turbulencior et obtusior.

300 igitur] B ergo BUD_1 trahat aque *alt.*] BU ille.

301 aquam, scilicet] BUD_1 quam U estuando calori] D_1 calor BU superioris aeris U commiscetur *sed not. in marg.* uel commixtus U qualitatis maximus] B mixtum.

302 ut] U quod vt D_2 et Sol] BU *om.* U eodem

303 signa septentrionalia] D_2 signat septentrionalia U borealia signa B borealia signa permeauerit que] BU *om.* Cancrum] D_2 signum Cancris signum...peruenerit] BU signata permeauerit septentrionali] BU illa B fieri tonitrua U tonitrua.

304 U Ad BU australia signa scilicet] BUD_1 *om.* in Arietem] BU *om.* transcurrerit] D_1 permeauerit in *alt.* ... tonitrua] D_1 similiter in eadem parte tonitrua fieri B si' rō U fieri tonitrua tonitrua] D_2 rō necessaria] U nociua.

305 calido... humido] B cā. fri. hu. D_1 U caliditate et (U *om.*) frigiditate siccitate et (U *om.*) humiditate B confrigentibus U constringentibus ille...appellatur] BU nascitur tonitrus (U tonitruum) scilicet] BU *om.* inextinguibilis] BU *om.* ardens] D_2 aereus fulmen] D_2 *om.*

306 BUD_1 est enim calor...humori] D_1 calor et siccitas frigiditati et humiditati BU omnia contraria quin...uelox] B sonitus uelox est U quin sonitus uelox sonitus] D_1 sonus uelox] D_2 uox.

[**307**] Ex quorum eciam commixcione scintillule exiliunt que, quamuis ante sonitum appareant, non tamen ipsum precedunt. [**308**] Item constat indubitantumque nebulas ab inferioribus ad superiora surgere. [**309**] Id enim frequenter accidit et uisus testatur. [**310**] Earum uero sicut quedam tenues sunt ita et alie dense, alie densiores, alie densissime, prout unaqueque conserta est humiditate. [**311**] Quod si uiolentus uentorum oppositorum concursus in densioribus nebulis incubuerit, si estate calor disiunctiuus accesserit, per illum necessario soluitur, si hyeme superiorum uentorum immoderata frigiditas glacierum concrecionem conseruerit, per illam necessario frangitur. [**312**] Itaque ex omni uiolenta corporum collisione quod in eis leuissimum est primum dissoluitur, quod in eis grauissimum est frangitur. [**313**] Sicque in hyeme fractiua audiuntur tonitrua, in estate uero dissolutoria. [**314**] Et licet pauca uel nulla fiant tonitrua ex quibus non elidantur fulgura, non tamen semper ignea. [**315**] Eorum alia prosternunt ut fulgor, qui uentorum elisorum percussio dicitur ; alia findunt ut fulmen, quod findens a latinis, ceraunium lapis a Grecis, nominatur ; alia urunt ut fulgur, quod urens dicitur. [**316**] Nam rerum omnium colliso ignem, id est percussionem igneam, creat ut in collisione lapidum, in attritu rotarum, in fraccione arborum, et simili modo in concursu uentorum uel nubium. [**317**] Et si soli uenti conferantur aer perniciosus redditur, et quod fulgor corruscans percutit prosternitur. [**318**] Si dense nubes uel niues uel dissoluuntur uel com-

308-10 ADELARD, LXIV, p. 58, ll. 14-18.
311-13 Ll. 24-29.
314-18 P. 60, ll. 11-22.

307 eciam] BU *om.* BU scintille prosiliunt D_2 scintillure BU sonum.
308 Item] U uel BUD_1 indubitanter.
309 BU Idem (U Id) enim et BU attestatur.
310 alie *alt.* ... densissime] BUD_1 *om.*
311 D_2 oppositorum concursus uentorum uentorum] B istorum nebulis] D_2 nebistis in nubibus nebistis in nubibus concretis illum] U *om.* frigiditas] B finitas BU glaciei conseruerit (U confecerit) concrecionem.
312 U Ita quod B uiolencia eis] B *not. supra* corporibus BU primo in eis *alt.*] BUD_1 *om.* D_2 in eis quid est *alt.*] BU *om.* U confrangitur.
313 B Sic quia U Sicut quod D_1 fractura BU tonitrua audiuntur in *alt.*] D_2 *om.* uero] B *om.*
314 BU eliciantur.
315 D_1 *not. in marg.* <D>ifferencia inter <f>ulgorem et ful <m>en et fulgur qui] U quod D_2 fundunt findens] D_2 syderens [?] D_1 χηραυνων B ceranon U ceraunon lapis] D_1 *om.* dicitur] D_2 nuncupatur.
316 BU omnium rerum ignem...creat] BUD_1 ignem creat *sed* D_1 *add. supra* id est percussionem igneam D_2 igneam creat percussionem lapidum] U *om.* attritu] D_2 iacinctu simili modo] BUD_1 similiter.
317 D_2 Et notandum quia si U confertantur redditur] B fit U fecit quod] D_2 *om.*
318 BU *om.*

pelluntur, si ictus maior fuerit lapis findens emittitur, si maximus ignis fulgurans excutitur. [**319**] Rursus de eodem alia racione disseritur. [**320**] Auster ab auriendo aquas dicitur, unde citatum aerem facit et nubila nutrit. [**321**] Hic Grece Nothus dicitur, quia interdum aerem corrumpit et pestilenciam nutrit. [**322**] Cum Auster aera multum commouerit et flatum suum in longinquas regiones oppositas transmiserit, Aquilo flatu Austri concitatus contrapellit. [**323**] Hinc magna tempestas si inferius fuerit oritur, si superius tonitrua generantur. [**324**] Simili modo ex ceteris uentis fieri comprobatur.

[**325**] QVOD TONITRVA IN DIVERSIS SIGNIS DIVERSA SIGNIFICANT. [**326**] In quocunque signo tonuerit siue in die siue in nocte quicquid notauerit eodem anno uerum erit nisi alter tonitruus in .ii°. signo ab eo uenerit et tunc prioris nota peribit. [**327**] Si in Ariete tonuerit herbe habundabunt, angustia filiis hominum ueniet, quadrupedia multiplicabuntur, bestie agri minorabuntur. [**328**] Si in Tauro tonuerit annone montium prosperabuntur, in ualle deficient, et uinum, bestie agri multiplicabuntur. [**329**] Si in Geminis pluuiarum habundancia erit et grandinum, frumenta multiplicabuntur et legumina, lanigere pauce, reptilia multa. [**330**] Si in Cancro fames et commocio hominum, locuste fructus terre uastabunt. [**331**] Si in Leone sedicio erit inter regnum et regnum, annona cara in principio, uilis in nouissimo, populi sedicio, morietur magnus homo.

320-22 Isidorus, *Etym.*, XIII. xi, 6.
325-38 Cf. *Codex Hertensis 192*, fol. 93ᵛ-94 (Sudhoff, *Archiv*, X [1917], 265 ff.)

319 alia] BU tercia.
320 auriendo] B augendo U agendo D_1D_2 arcendo BUD_1 aera BU nubilia.
321 BUD_1 aera pestilenciam] BU pestem D_1 nubila.
322 Auster] BU iste D_2 aera mundum BU multum aera commouerit] U congruerit U positas Austri] BU eius B concitatur contrapellit] U compellitur.
323 BUD_1 fuerit inferius.
324 ex...fieri] D_1 de ceteris fieri B fieri ex aliis U ex aliis fieri.
325 D_2 *om. sed not. in marg.* .xv. QVOD] U QVOMODO IN] U *om.* D_1 SIGNIFICANT DIVERSA.
326 U quoque tonuerit] D_2 continerit U tonet .i. sit tonitruum BUD_1 in nocte uerum (U in die nocte vtque) erit eodem anno] D_1 eodem annus U anno eodem uerum erit] BUD_1 *om.*
327 U Si igitur tonuerit] D_2 donauerit U angustie ueniet] BU *om.* bestie... minorabuntur] B Sed bestie agri minorabuntur D_1 bestie minorabuntur U *om.*
328 Si...Tauro] D_1 In tauro si tonuerit] BU *om.*
329 D_1 At 'si habundancia...grandinum] D_1 copia erit et grandinum BU et grandum (U grandinis) copia erit BUD_1 frumenta et legumina habundabunt.
330 D_1 Vox tonitrua in Cancro si fuerit BU fames hominum et commocio fructus terre] U *om.*
331 erit] BUD_1 *om.* regnum et regnum] BUD_1 regna nouissimo...sedicio] U nouiluno propter sedicionem.

[332] Si in Virgine lupi hominibus insidiabuntur, quadrupedia morientur. [333] Si in Libra siccitas erit in ualle, in principio anni descendent pluuie, annona cara in fine. [334] Si in Scorpione racemi pauci, oleum uile, marini pisces morientur et pecudes, femine abortiuos facient, uenti magni erunt, Luna in oriente obfuscabitur. [335] Si in Sagittario pluuie erunt congrue, fructus arborum cadent, serui regibus preliabuntur. [336] Si in Capricorno multe gentes dispergentur, magna pestis in filiis hominum et mortalitas per totum seculum. [337] Si in Aquario pluuie magne, terror filiis hominum, uentus confert tussim et scabiem, et contencio magna in seculo. [338] Si in Piscibus gelu et siccitas in terra, fructus terre deficient, uinum tamen habundabit, diuicie erunt in populo, homines infirmabuntur non tamen morientur. [339] In hiis igitur canonum capitulis temporum et temporalium mutaciones quam maxime considerantur.

[340] DE ECLIPSI SOLIS ET LVNE, ET QVIBUS CONTINGVNT TEMPORIBVS. [341] Defectus solaris, Grece eclipsis, luminis eius priuacio totalis dicitur seu parcialis. [342] Si Luna Soli propior extiterit maior quidem sed tamen parcialis eclipsis erit. [343] Quod si Luna Soli linealiter subiecta fuerit non parcialis sed totalis eclipsis erit, tunc enim orbis Lune Solis orbi totus subicitur et tota radiacio orbis Solis obscuratur. [344] Cur autem in unoquoque Solis et Lune coitu seu in eorum opposicione alter eorum eclipsim non paciatur, ex Lune latitudine accidere uidetur. [345] Nam si Luna in coitu uel opposicione latitudine non caruerit cum Capite

340-67 Cf. VINCENTIUS BELLOVAC., *Spec. nat.*, XXV. xiv, ed. Douai, col. 1101.

332 D_1 In Virgine lupi] BU fere.
333 D_1 At si erit] BU *om.* principio] BUD_2 fine U cara erit.
334 D_1 Vox tonitrui in scorp' si fuerit B olerum marini] BU *om.* BUD_1 et pecudes morientur B abortos facient U facient aborsus U erunt magni U obfuscabit D_2 obscurabitur.
335 regibus] BUD_2 regis D_1 reg°.
336 D_1 In capricorno et] BU *om.* per...seculum] BU undique.
337 D_1 At si in aquario filiis hominum] BU hominibus B conferet et contencio] B commocio U et commocio.
338 D_1 Vox tonitrui in Piscibus si fuerit BU nec tamen multi morientur.
339 igitur] B ergo U *om.* U mutaciones temporalium quam multe.
340 D_2 *om. sed nol. in marg.* Rubrica .xvi. ET QVIBVS... TEMPORIBVS] B EX *9.* D_1 VNDE MVTATVR TEMPVS MAXIME.
341 solaris] BUD_1 solis BU eclipsis grece U seu parcialis dicitur.
342 Luna] U luna quidem quidem sed tamen] B que sed U quidem. Sed si non eclipsis erit] D_1 dicitur.
343 Quod...eclipsis erit] U *om. per hom.* B lineariter soli non...sed] B *om.* Solis orbi] B Solis U *om.* totus] BU toti D_2 tatus orbis Solis] D_1 Solis B ei U eius.
344 unoquoque] B quolibet U quolibet et BUD_1 siue BU uidetur accidere.
345 U draconis sui.

uel Cauda sui Draconis in eadem hora esse non poterit. [**346**] Idem est enim ipsam cum illis existere latitudinem non habere. [**347**] Si uero Lunam in nouilunio uel plenilunio a Capite uel Cauda Draconis .xii. gradibus uel minus distare inueneris, eclipsim futuram procul dubio pronunciabis. [**349**] Luna uero quociens cum Capite uel Cauda sui Draconis uel prope extiterit, necesse est aut illam totam aut eius partem aliquam obfuscari. [**349**] Nam si tota umbre subiecta fuerit eius eclipsis totalis erit, si eius pars aliqua obfuscata fuerit eclipsis eius parcialis erit. [**350**] Luna uero non obscuratur nisi ipsa existente in Cauda uel Capite et Sole in opposito existente. [**351**] Sole autem existente in Capite, Luna in Cauda, uel econuerso, eclipsabitur Luna, Sole autem et Luna in Capite uel Cauda existentibus in eodem gradu Sol eclipsabitur. [**352**] Secundum Dorotheum Luna eclipsis Solis est causa, spera namque eius aliarum omnium est infima ; Sol uero supra eam in quarta spera uoluitur. [**353**] Quociens ipse in eodem gradu cum Luna in Capite uel Cauda Draconis non ad dextram uel sinistram obliquans extiterit et Luna recto nitens diametro ei obiecta fuerit, Solis nobis aspectus sublatus erit et hoc Solis eclipsis appellatur. [**354**] Illa nigredo quadam hora eclipsis in Sole terminus, lunare dicitur corpus. [**355**] Constat *itaque* nunquam Solis euenire eclipsim nisi Luna ei in eodem gradu tramite recto obiciatur. [**356**] Semper autem ex parte occidentis eclipsis inchoabit, et post eclipsim clarus apparebit, et hoc inde euenit quod Luna uelociorem sortita motum

352 Zahel, *Elec.*, fol. 126.

346 ipsam] B in ipsa D_2 ipsa.

347 BU luna uel *pr.*] U habet et in uel *alt.*] B in BU gradus futuram] D_2 *om.* D_1 pronunciabit.

348 cum] BU in uel *pr.*] U uel in U draconis sui aut pr.] D_2 ut illam] D_1 *om.* aut *alt.*] D_1 aut aliquam eius] B illius aliquam] BUD_1 *om.* U obscurari.

349 tota] B *not. supra* luna subiecta] B *om.* eius pars...parcialis erit] BUD_1 si autem (D_1 aliqua) pars erit parcialis.

350 D_2 Et notandum quia Luna uero] U autem D_2 *om.* BU cauda uel capite existente *alt.*] BUD_1 *om.*

351 Sole...econuerso] BU Sic enim autem *pr.*] D_1 enim Luna *alt.*] BU *om.* Sole *alt.* ... et] U *om.* autem *alt.*] D_1 uero Capite *alt.* uel Cauda] U cauda uel in capite.

352 namque] BUD_1 enim D_2 aliorum BU omnium aliarum infima est.

353 U Quociens enim uel] D_2 et recto nitens] U retronitens D_2 diametrus ei obiecta] B cum obiecta *et not. supra* soli D_1 erit aspectus sublatus hoc] B hec BU eclipsis Solis.

354 in...corpus] BU terminus circa Solem luminare corpus eius.

355 itaque] BUD_1 igitur nunquam...eclipsim] BUD_1 Solis eclipsim (U eclipsim solis) numquam euenire BUD_1 recto tramite.

356 occidentis] U *om.* BUD_1 inchoabit eclipsis eclipsim] BU eclipsis inde] D_1 modo B prouenit quod U prouenit quia motum] U *om.* et *ieri.*] B *om.* uocatur] BUD_1 dicitur.

a parte occidentis nascens Solem contegit et uersus orientem meando detegit, et hoc eclipsis totalis uocatur. [**357**] Parcialis uero dicitur quociens Luna subtus Solem means quendam eius corporis partem obtegit et illam nostris uisibus surripit. [**358**] Item Solis eclipsis iuxta diuersum regionum situm diuersificatur, a quarum incolis consideratur. [**359**] Verbi gracia, si Solis eclipsis ut dictum est nobis appareret, eadem hora in nostri orientis termino existentes Solem in occidente prospicerent. [**360**] Simili modo occidentales nostri eadem hora Solem in oriente uiderent. [**361**] Nullus autem eorum eclipsim perpenderet si eorum intuitus Solem et Lunam intersecarat. [**362**] In qua uero prouincia Sol totus eclipsabitur, dies noctis abutens tenebris sydera pandet uisibus humanis. [**363**] Sol autem minus quam Lune eclipsis moratur, quia Sol a Luna ad modum festina cito preteritur. [**364**] Lune uero eclipsis ideo magis moratur, quia umbra terre magna est in cuius transicione Luna cunctatur. [**365**] Dicunt preterea quidam Caldeorum astronomi quia et Caput et Cauda quedam est nubes solida que non dissoluitur, quod apparet cum Luna obscuratur, quia Luna transiens per eam perdit lumen. [**366**] Hoc impedit radios Solis ne Lunam reuerberent, unde cum Luna habeat lumen a Sole necessario obscuratur. [**367**] Dicitur Draconis Cauda quia uenenosa est et nociua.

357 dicitur] BUD_1 *om.* quendam...partem] BU partem corporis eius D_1 partem eius corporis D_1 contegit illam...uisibus] D_1 nostris uisibus BU nostro uisui.

358 B scitum U diuersificatur diuersificantur UD_2 aquarum.

359 ut...est] BU *om.* BU apparet orientis] BU orizontis Solem] U soles.

360 BU Similiter U occidentalis eadem hora] U in eadem hora D_1 *om.* Solem] BU eum.

361 eorum] BU *om.* si] B Sed.

362 totus] BUD_1 *om.* BU eclipsatur BU pandit.

363 D_1 *not. in marg.* Nota D_2 Et notandum quia Sol minus B quam lune minus BD_1 moratur eclipsis U duratur eclipsis festina cito] B cita cito U citra.

364 ideo] BUD_1 *om.* BU magis quam Solis moratur] BU *om.* in cuius] U instus.

365 D_1 *not. in marg.* <Qu>id sit draco U quidam preterea BU astrologi quia] BU quod et] BUD_1 *om.* B nubes est U vmbra est D_2 et solida quod] U quod non Luna *alt.*] BU *om.*

366 radios] BUD_1 radium Lunam] D_2 luna BUD_1 reuerberet BU lumen a sole habeat obscuratur necessario.

367 BU Dicitur autem est et nociua] D_1 est et nocua U nominatur.

[368] PARS QVINTA

<[369] QVID SIT NATVRA IN NATVRALIBVS>

[370] DE TRIPLICI POTESTATE CELESCIVM CORPORVM ET QVOMODO QVALITATES EORVM IN QVALITATIBVS OPERENTVR INFERIORVM. [371] Vt in Libro eleccionis confirmatur planetarum et signorum nature in naturalibus operantur. [372] Status huius nature est effectus precedentis cause in celescium corporum qualitate consistens diuina disposicione. [373] Hec quidem qualitas a philosophis natura dicitur, que iuxta uarias uires suas in uniuersis et singulis sub lunari globo uariatur. [374] Hec etenim qualitas orbicularem motum et concordem habere dinoscitur, quia motum omnimodum in uniuersitate rerum operatur. [375] Hinc rerum temporalium qualitas appellatur natura, quia in uniuersis uis innatiua, in singulis operosa comprehenditur ; in uniuersis artifex, in singulis opifex comprobatur. [376] Sic igitur legimus diuersas qualitates superiorum operosas in qualitatibus inferiorum. [377] Sed conuenienter potest queri quomodo, quia propter nimiam eorum remocionem, nulla nobis inde uidetur esse cognicio. [378] Ad hoc euidencius intuendum dicimus .x. speras esse iuxta sentenciam ueterum. [379] Prima suprema et magna spera infra ambitum suum ceteras continens dicitur quod firmamentum nominatur. [380] Secunda spera fixorum est syderum, que ideo fixa dicuntur quia

368 BUD_2 *om. sed* D_2 *not. in marg.* Rubrica .xvii. D_1 PARS TERCIA HERMES MERCVRIVS TRIPLEX DE TRIPLICI POTESTATE CELESTIVM CORPORVM. ET QVOMODO QVALITATES EORVM IN QVALITATIBVS OPERANTVR INFERIORVM. DE CONSTELLATIONIBVS QVID SINT ET QVOMODO OPERENTVR IN INFERIORIBVS. DE MVTVO PLANETARVM TEMPERAMENTO. QVO CONSTELLATIONIS EFFECTVS PREPARATVR. DE BENIGNO ET MALIGNO STELLARVM EFFECTV MANIFESTO. QVOMODO EX CONIVNCTIONE LVNE CVM SINGVLIS PLANETIS GENITVRA MVNDI PROCESSIT.

369 BUD_1D_2 *om.*

370 D_2 *om* U Apþ3 ISTORVM INFERIORVM.

371 Vt] D_1<V>t.

372 in] BU *om.* diuina] BU superna.

373 D_2 equidem U suas uires in] U *om.* D_1 uariatur sub lunari globo.

374 D_2 etenim BU motum orbicularem BU omni modo.

375 rerum] BU *om.* innatiua] D_2 in natura U una enim.

376 igitur] B ergo BU esse operosas.

377 nobis... uidetur] U uidetur nobis.

378 D_1 *not. in marg.* <D>ecem speras ostendit intuendum] BU soluenda U esse speras U sentencias.

379 suprema] D_2 se prima spera] BU *om.* BU suum ambitum dicitur... nominatur] BU quod (U que) firmamentum dicitur D_1 dicitur firmamentum.

380 D_1U Secunda est (U affixorum) fixorum syderum B Secunda fixorum siderum que...dicuntur] B *om.* que] D_2 quia immensa] U intensa reuoluuntur] B *not. supra* sidera fixa eorum] B *not. supra* fixorum.

affinitate et immensa reuolucionis celeritate magne spere ab oriente in occidentem reuoluuntur et ideo motus eorum non percipitur. [**381**] Tercia signorum. [**382**] Septem spere sequentes .vii. sunt planetarum. [**383**] Sunt quidam Caldeorum astronomi asserentes quod binos motus omnino distantes in celo conspicimus, alterum ab oriente ad occidentem, qui est maxime spere firmamenti qui omnes planetas in proprii motus contrarietatem ducit ; alterum ab occidente ad orientem, qui planetas omnes sic euehit. [**384**] Asserunt quoque quod omnium planetarum ab occidente ad orientem uergencium necnon stellarum fixarum unus idemque motus est. [**385**] Nulla illorum omnium seu tardior seu uelocior est. [**386**] Sic quoque Solis et Lune motus ab aliarum stellarum motibus, quia eiusdem nature composicionisque sunt, distare non habent. [**387**] Sic et Saturnus et Luna, licet alter altero gressu tardior propter sperarum imparitatem, appareat, gressu tamen et substantiali et naturali pares sunt. [**388**] Cum autem ille .x. spere qualitatibus suis incomparabiliter, quantificatis motibus suis eisdem et diuersis, circa terram que est eorum centrum iugiter commoueantur, naturalium qualitatum potestatiue uirtutes diuerse in temporibus diuersis et temporalibus in terra et terrenis omnibus necessario operantur. [**389**] Verbi gracia, herba qualibet aromatica succisa uel manu capta statim aeri uicino odorem suum inserit, aerem odore infectum homo attrahit, quem ad recreacionem animalium uirtutum interius diffundit. [**390**] Aer econtra fetore infectus hominem illum attrahentem corrumpit interius. [**391**] Similiter diuersarum uirtutes qualitatum celescium corporum tempora et temporalia diuersa, terram et terrena diuersa uel ad recreacionem uel ad corrupcionem

381 D_1 Tercia est.

382 spere] BUD_1 *om.* .vii. sunt] D_1 sunt .vii. BU planetarum spere.

383 U Sunt quidem eorum astronomi alterum *pr.* ... ducit] U *om. per hom.* maxime spere] B motus omnes] B *not. supra* motus ducit] D_1 ducti [?] ad *alt.*] BU in qui *alt.*] B *add. supra* motus.

384 quoque] U que ab occidente...stellarum] BU *om.* D_1 uergetium idemque] BUD_1 et idem B sit motus U motus sit.

385 D_1 illarum B *not. supra* planetarum.

386 Sic quoque..habent] BU quia eiusdem nature composicionique sunt.

387 D_1 *not. in marg.* <Quo>d nulla stella uel <p>laneta alia gressu tar<d>ior aut uelocior sit et *pr.*] BU *om.* licet] D_2 et si.

388 suis] D_2 et suis BU *om.* imcomparabiliter] B *om.* quantificatis] U qualificatis suis *alt.*] B *om.* D_2 commoueatur U moueantur B moueant qualitatum...diuerse] B qualitatum potestatem diuerse uirtues U animalium potestatem diuerse diuersis et temporalibus] D_2 *om.* U operantur necessario.

389 statim...suum] BU odorem suum aeri uicino D_2 suum odorem odore] BU *om.* D_1 odorem quem] BUD_1 $\bar{q}$ *et* B *not. supra* aerem.

390 D_2 fetorem B attrahente.

391 diuersa *pr. et alt.*] BU *om.* terram...diuersa *alt.*] D_2 *om. per hom.* et *alt.*] U in uel *pr.*] B *om.* B et inficiunt.

qualitatum suarum occupant, inficiunt et penetrant. [**392**] Hinc igitur triplex celescium corporum potestas in Ezich et Almanach cura peruigili percipitur : potestas sensibilis qua senciuntur, ut Sol per calorem, Luna per frigidam humiditatem ; potestas signans qua quedam futura prope posita tum in temporibus tum in temporalibus nobis presignantur, ut sicut dictum est per eclipsim et per tonitrua et per cetera in temporibus et temporalibus portentorum sintomata ; potestas uero tercia efficiens dicitur quia multis modis effectum in temporibus et temporalibus exerit, licet non percipiatur, ut Luna que aerothemis, id est aera secans, dicitur quia humore suo omnia terrestria penetrantur quo frugibus, herbis et arboribus incrementum subministrat. [**393**] Vnde nutrices cauent ne paruuli sui Lune radiis occupentur, quoniam si lunari humectacione perfundantur paralitici plerumque efficientur.

[**394**] DE CONSTELLACIONE QVID SIT ET QVOMODO IN INFERIORIBVS OPERATVR. [**395**] Constellacio est uis qualificata stellarum in ortu suo nascencium qualitatibus conuenienter inherens in eodem climate et eodem puncto. [**396**] Sic hec descripcio manifesta est satis intelligenti, uerbi gracia ad Iouem uel Saturnum relati. [**397**] Quando Iupiter in nostro climate nobis oritur uis qualitatis eius statim in eodem climate et diffunditur, que quidem ex benignitate sua in principio ortus sui consimiles nascencium qualitates magis benignas facit, et conueniencia qualitatum magis inherens ipsas qualitatum naturas artificiosius aptas componit,

392-93 MACROBIUS, *Sat.*, VII. xvi, 27 et 25 (ed. EYSSENHARDT [1893], p. 473).

392 D_1 *not. in marg. rect.* De triplici potestate ce<le>stium corporum scilicet se<nsi>li et signante et <ef>ficiente, *et in marg. sinist.* Zehel filius birzre igitur] B ergo U potestas celescium corporum in eric D_2 alamanach D_1 sensilis U frigiditatem futura] B terra prope...tum] D_2 propie p̄ptatu D_2 presignatur per tonitrua] D_1 tonitrua per cetera] BU cetera D_2 potentorum uero] BUD_1 *om.* BU efficiens causa D_2 multimodum effectum... temporalibus *tert.*] BU in temporibus et temporalibus vim suam BUD_2 exerunt *et* B *not. supra* copora celestia BU percipiantur D_2 perceperatur ut Luna] U de luna BU aerthemoi D_1D_2 arthemon = ἀεροτέμις D_1 *not. in marg. sec. man.* Nota In moralib<us> iob : Sicut natura solis est u<t> quoque attigerit accend<at> et licet ita luna<ris> ignis proprium est. ut exu<rat> quidem sed exure<ndo> humidum reddat. U causa secans quo] BU q̄ *et* B *not. supra* luna et arboribus] BU arboribus.

393 D_1 caueant sui] U sub quoniam] BUD_1 quia D_2 profunditur BUD_1 plerumque (U plerum) paralitici D_2 efficiuntur.

394 D_2 *om. sed not.* Rubrica .xviii. D_1 CONSTELLATIONIBVS QVID SINT B IN INFERIORIBVS OPERENTVR D_1 OPERENTVR IN INFERIORIBVS.

395 U qualificatiua conuenienter] BU *om.*

396 Sic] D_1 *om.* BU *pon. post* intelligenti uerbi...relati] BU *om.*

397 eius] B *not. supra* iouis statim] U semper D_2 in eodem statim D_2 statim in nostro que] U Quia BU ortus sui principio magis benignas] BU benigniores naturas] B *om.* U artificialius U et compositas B reddet.

compositas reddit. [**398**] Si autem qualitates nascencium qualitatibus louis orientis dissimiles fuerint, malicia qualitatum in nascentibus benignitate constellacionis non ex toto deletur, sed temperatur et licet nature malicia bonis naturaliter aduersetur, in bonis tamen natura aduersans apcior inuenitur per uirtutem bone constellacionis, qua peruenitur non inficitur, qua preoccupatur non penetratur : et hoc ideo quia melancolice, id est amare, complectionis est, amaritudo nature non penitus deletur sed temperatur. [**399**] Simili modo Saturnus existens in ortu in consimilibus nascencium qualitatibus penetrando, inficiendo operatur. [**400**] Dissimiles uero nascencium qualitates bone, scilicet, malicia constellacionis sue non ex toto sed in parte corrumpuntur. [**401**] Si uero contingat duos planetas natura dissimiles in ortu fuisse similes et dissimiles nascentium qualitates utrimque contemperantur. [**402**] Constellaciones uero non inferunt uim uel necessitatem nascentibus ut sint uel tales sciencie exercicio uel tales officio, sed conferunt eis in consimilibus qualitatibus augmentum, in dissimilibus temperamentum quod possint esse tales uel tales. [**403**] Potest queri quare planeta in ortu maioris sit efficacie et nascentibus et iam natis quam in medio celo uel in alibi, cum in ortu non suscipiat uirium augmentum nec alibi detrimentum. [**404**] Respondet : Manifestum est quia naturales planetarum qualitates absentes nichil prope bene prope efficacius operantur, uerbi gracia, herba dum absens fuerit egroto non medetur, cum apposita exterius fuerit mitigat, cum interius sumpta fuerit efficacius operatur. [**405**] Similiter Sol in Capricorno existens calor eius in nostro climate nos parum uel nichil calefacit, appropinquans nobis apud nos magis

398 B dissimilia nascentibus] U nascencium constellacionis *pr.*] BU constellacionis bone et *pr.*] U ut nature] U *om.* U aduersatur in bonis... inuenitur] BU tamen in bonis aduersans natura inuenitur apcior qua *pr. et alt.*] D_2 quia D_1 penetrantur B id est amore U in amore.

399 existens] BUD_1 *om.*

400 nascencium qualitates] BU qualitates nascentibus constellacionis] U complexionis sue] B siue non ex toto] B ex toto U excito.

402 D_1 *not. in marg.* Nota D_2 Et notandum quia contellaciones non B Constellacio uel *pr.*] B in uel tales *pr.*] D_1 tales uel BU aliquales uel BU exercicio sciencie uel officii quod] B quo U Quomodo U possit uel tales *ult.*] BU *om.*

403 D_1 *not. in marg.* Questio B Queritur U queri potest BU in ortu maioris efficacie sit D_1 maioris sit in ortu efficacie BU celi in *tert.*] BUD_1 *om.* uirium] BU *om.*

404 U Respondetur D_1 Respondet Zehel filius birze israelite *et not. in marg.* Solutio quia] BU *om. sed* B *add. in marg. sec. man.* quod qualitates] BU *om.* BU nil bene...efficacius] BU bene propius efficacitus D_1 bene bene efficacius proprius U operatur uerbi gracia] B Vt U in cum *pr. et alt.*] BUD_1 *om.* BU exterius apposita *et* B *not. in marg. sec. man.* ex^{ta} D_2 apposita exq'us fuerit *pr. et alt.*] BUD_1 *om.* cum] BUD_1 *om.* interius] D_2 inicius.

405 existens] BUD_1 positus calor] BUD_1 calore BU suo in climate nostro apud nos] BU *om.* calescit... magis *alt.*] D_2 *om. per hom.* minime] B non.

calescit, ad Cancrum perueniens nos magis exurit, sub terra permeans apud nos calorem minime diffundit. [**406**] In ortu uero suo inter remotos nascentes et iam natos luminis et caloris sui beneficium exerit minus inter propiores, robuscius inter proximos, ut in medio celo et in nostro climate efficacius. [**407**] Idem de ceteris planetis sentimus.

[**408**] DE MVTVO PLANETARVM TEMPERAMENTO IN CONSTELLATIONIS EFFECTV. [**409**] Ecce cognoscitur et inuenitur quo in signo Saturni gaudeat stella et quando frigus eius fomento alieni caloris incalescat, quando profectus ab eo Solis ardor tarde agitacioni quietam potestatem tribuat. [**410**] Post quantum tempus ad eandem signi partem unde semel recesserat pigra rursus molicione perueniat. [**411**] Hec et in Iouis stella pari racione cernuntur, licet enim breuiori temporis spacio, simili tamen eciam ipsa per .xii. signa agitacione percurrit. [**412**] Mars quoque quem uides ignitis fulgorum ardoribus sanguinolentum et minaci luminis corruscacione terribilem, ecce cum ad Saturni cum ad Iouis eciam uenerit domum, ignis eius natura alieni frigoris temperatur. [**413**] Veneris eciam et Mercuri cotidiana nobis obsequia monstrata sunt. [**414**] Hec enim stelle breui interiecto spacio circa Solis orbem currunt pariter aut sequuntur aut una subsequens stella alteri preeundi concedit obsequia. [**415**] Scimus quando uespertino, quando matutino ortu nobis appareant, quando Solis orbe absconse lateant, quando ex eius splendore liberate

409-15 FIRMICUS, I iv, 6-8 (I, 12, l. 14-13, l. 10).

406 U nascenstes U climate nostro B climate.

408 D_2 *om. sed not. in marg.* Rubrica .xix IN...EFFECTV] D_1 QVO CONSTELLATIONIS EFFECTIVS PREPARATVR U CONSTELLATIONIBVS.

409 D_1 <E>cce BD_1D_2 agnoscitur BU in quo signo BU alieni (U alieno) fomento D_1 fomite alieni BU perfectus D_2 trabe agitacioni BU agitationi (B agitacionem) tarde potestatem] U partem.

410 B postquam tamen tempus U postquam tempus U eadem semel] BU *om.* D_1 recessit rursus molicione] B rursus euolucione U reuolucione rursus D_1 rursus reuolucione.

411 U Hec eciam in B Hec BU stella iouis U cernitur BU spacio temporis U similiter D_1 tamen et BU eciam BU percurrit agitacione.

412 BD_2 uidens U ignis D_2 fulgor BU flammarum BD_1 minacis U mirancis D_2 minari D_2 numinis BU cum eciam ad iouis domum (U domum iouis) uenerit euis...frigoris] BU eius alieni frigoris natura D_2 eius naturali ui frigoris eius] D_1 *om.*

413 D_1 Venus autem et Mercurius sua nobis obsequia cotidiana demonstrant.

414 BU Nam hee stelle breui] U .v. in BU spacio interiecto BU pariter currunt (U currant) aut *pr. et alt.*] BUD_1 uel BU sequens stella] BUD_1 *om.* U pereundi obsequia] BUD_1 officium.

415 BU nobis ortu BUD_1 apparent BU latent absconse D_1 absconse latent B fulgescunt U fulgenscant.

lucido sui nitore fulgeant. [**416**] Nunc uero quis dubitat quod per celescia corpora terrenis corporibus ille diuinus igniculus diuina lege diffunditur, cui descensus per orbem Solis tribuitur, per orbem uero Lune ascensus preparatur ? [**417**] Hinc ergo Greci cronocratorem dicunt temporum dominum. [**418**] Sol enim inicium temporum in diurnis genituris accipit et ceteris diuidit, Luna uero in nocturnis. [**419**] Cum Sol dominus temporum fuerit tenet dominatum annos .x., menses.ix. ; sic et Luna cum domina temporum fuerit tenebit annos .x., menses .ix. [**420**] Omnes uero stelle tunc accipiunt maximam decernendi potestatem et uires suas exerunt, cum signa in quibus tanquam in propriis domiciliis collocate sunt, orta fuerint. [**421**] Oriuntur autem uario ortu in uariis temporibus et diebus secundum uaria climata. [**422**] Platice uero uite locus est in eo signo in quo horoscopus constitutus est : spei uel pecunie in .ii°. horoscopi signo, fratrum in tercio, parentum in quarto, filiorum in quinto, ualitudinis in .vi°., coniugis in .vii°., mortis in .viii°. [**423**] In genituris cardines sunt .iiii^{or}. : ortus, occasus, medium celum, imum celum, que a Grecis nominantur anathole, disis, mesuranon, ypogeon. [**424**] In uirorum quoque et mulierum genituris eadem operantur, sed

417-19 II. xxvi, 1-2 (I, 75, ll. 2-9).
420-21 II. xi, 2 (I, 54, ll. 3-7).
422-23 II. xiv, 3, et xv, 1 (I, 57, l. 31-58, l. 4, et 58, ll. 16-18).
424 II. xiv, 4 (I, 58, ll. 11-14).

416 uero] BD_1 ergo U igitur BU dubitet U propter celescia corporibus] BU *om.* igniculus] BU ignis D_2 infunditur U cuius desensus BUD_1 tribuuntur uero] BU *om.* D_1 ascensus preparantur BU preparantur ascensus.

417 ergo] U igitur B solem κρυνωσρασωρm U solem κρm̄ D_1 cronocratonem BU id est temporum.

418 U in diuersum genituris inicium temporis accipit D_1 in diurnis genituris inicium temporum accepit B diuturnis.

419 U dominatus tenet dominatum] D_2 tenebit annos *pr.*] B annis .ix. *pr.*] D_2 .xx. annos *alt.* ... .ix. *alt.*] BU tam diu.

420 D_1 capiunt BU aperiunt BUD_1 discernendi cum] B in tanquam in] D_1 uelud in B ut U in BUD_1 domibus D_1 collate B fiunt.

421 BU ortu uario temporibus et] BU *om.* climata] BUD_1 tempora.

422 Platice] B Pl'ete U pte locus] U *om.* in *alt.*] BUD_1 *om.* D_2 specunie horoscopi signo] BU *om.* coniugis] BU coniunccionis mortis in .viii°.] B mortis in .viii°. peregrinationis .ix°. honoris .x°. Amicicie .xi°. Inimicorum .xii°. D_1 *add. in marg.* ix^a uie x^a status xi^a amicorum xii^a aduersitatis ; *cf., e. g. Firmicus II. xix.*

423 D_2 Et notandum quia in genituris D_1 In genituris quoque B sunt isti U est iste ortus] BU oriens imum celum...ypogeon] B *om.* U in cum celum D_1 que grece D_1 dicuntur .αναθολη .δycyc .μησυρανων .γπωΓηων.

424 sydus] D_1 situs.

uxorem Veneris, maritum Martis sydus ostendit. [425] Errant tamen qui putant uitam et spiritus racionem in omnibus genituris esse tractandam, id est horoscopum et MC, quia ex hiis locis non uita et spiritus sed uitale et spirituale inuenitur et contrahitur.

[426] DE BENIGNO ET MALIGNO STELLARVM EFFECTV MANIFESTO. [427] Lune cursus quid qua racione discernat uideamus. [428] Omnis substancia humani corporis ad istius numinis pertinet potestatem. [429] Nam postquam perfectum hominem naturalis et uitalis aura susceperit, compositi corporis formam pro qualitate cursus sui Luna sustentare non desinit. [430] Nam in nostris corporibus et Lune crescentis augmenta et deficientis dampna sentimus. [431] Medulle enim humani corporis, cum Luna creuerit, crescunt, cum decreuerit tenuati corporis fatigacione languescunt. [432] In sanguine et cerebro eius uigoris opera manifestantur. [433] Sunt enim maxima rerum incrementa in principiis mensium, quia tunc Soli Luna applicatur et Lune lumen ampliatur. [434] Incrementa eciam aquarum in mediis mensibus, ampliantur, quia tunc lux Solis a Luna in terram repercutitur et opera eius roborantur. [435] In extremitatibus uero mensium omnia minuuntur. [436] Sic igitur omnia terrena et Lunam sequuntur et eius potestati obediunt. [437] Similiter ceterarum stellarum effectus sentimus, licet patenter non uideamus. [438] In canonibus Almanach legimus quia ymagines mundi

425 IV. i, 2 (I, 197, ll. 13-17).
427-29 IV. i, 1 (I, 197, ll. 2-9).
430-31 IV. i, 5 (I, 198, ll. 5-10).
436-439 IV. i, 6 (I, 198, ll. 12-23).

425 tamen] D_1 *om.* BU racione in...genituris] ex hiis in geniturib omnibus D_1 in genituris omnibus id est] BU *om.* MC] BUD_1D_2 mercurium BD_1 spiritale U trahitur.
426 D_2 *om. sed not. in marg.* <.xx.> Rubrica.
427 Lune] U Nunc BU ad quam racionem deueniet (U deueniant).
428 B Omnis igitur humani numinis] U mundi.
429 BU suscepit BU sui cursus D_2 cursus in.
430 BD_1 augmentata.
431 D_1 *not. in marg. sec. man.* Nota In moralibus iob et Profecto liquet quia sicut natura solis est ut quecunque attigerit Accendat. et sicut ita lunaris ignis est proprium. ut exurat quidem sed exurendo humidum reddat. Medulle... crescunt] BU et enim cum ea creuerit. crescunt humani corporis medulle crescunt] D_2 *om.* decreuerit] B *not. supra* luna BU languet (U langueret) fatigatione *et* B *not. supra* medulle.
432 B enim et U autem et D_1 cerebris B uigoris eius U eius D_2 eius uigora opera] B *not. supra* lune.
433 D_2 sibi luna BU luna soli D_2 et lumen lune BU eiusque lune lumen.
434 D_1 solis lux B eius opera.
437 ceterarum] BUD_1 aliarum.
438 BU mundi circularis obediunt ymaginibus.

compositi ymaginibus mundi circularibus obediunt. [**439**] Luna igitur in posterioribus celi regionibus collocata et terre imperium ex uicinitate sortita omnia corpora, que inspiracione diuine mentis animantur, cursus sui multiplici uarietate sustentat, per signa omnia festina celeritate discurrit, omnibus stellis assiduis se coniunccionibus sociat, et ex contrariis mixturis et disparibus fomitibus integram compositi corporis substanciam et mutuata omnium animancium corpora concepta procreat et generata dissoluit. [**440**] Planetarum autem posicione coniuncta roborantur eorum opera. [**441**] Iouis quippe stella, licet sit beniuola, tamen contra inpugnacionem Martis et Saturni, si eam uiolenti radiacione constringant, resistere sola non possit. [**442**] Essent homines inmortales si nunquam in genituris hominum Iouis benignitas uinceretur. [**443**] Sed quia sic artifex deus hominem fecit ut substancia eius, transacto certo uite spacio, solueretur, necesse fuit ut inpedito Ioue, per quem hominibus confertur salutare presidium uite, in extinguendo homine maliuolarum stellarum perniciosa potestas operaretur et maliciosis radiacionibus compago corporis inpugnata solueretur. [**444**] Quod quidem euidentissima superioris phisice racione probatur. [**445**] Quocienscumque naturali caloris ardore corpus hominis nimis laxatum humorum inundacionibus euaporat, tunc et ignito ardore de superius irradiante decoquitur et nimia desudacione dissoluitur. [**446**] Nec aliter prudentissimi phisice superioris interpretes substanciam generis humani naturali pronunciant fine dissolui, nisi aut humor ignem dissoluerit aut calore rursus dominante extinctus medullitus ignis aruerit. [**447**] Sic ad omnifariam mundi imitacionem hominem artifex natura composuit ut, quicquid substanciam mundi aut format aut soluit, hoc eciam hominem et reformet et dissoluat.

441-43 II. xiii, 6 (I, 56, l. 28-57, l. 8).
445-47 III. i, 16 (I, 96, ll. 3-14).

439 D_2 pistoribus B collocato terre] D_2 *om.* sortita] B *not. supra* luna animantur] U anima nature BU sui cursus uarietate multiplici U sustentant BU omnia signa BU percurrit BU corporis compositi U substans D_2 mutata D_2 animancia concepta] BU *om.* procreat] B *not. supra* luna.

440 D_1 *not. in marg.* Nota D_2 Et nota quia planetarum posicione D_1U coniunct'a D_2 coniunctiua opera] D_2 operatur.

441 BUD_1 uiolenta BU potest.

442 U Essent enim uinceretur] U *om.*

443 quia] D_2 quoniam D_1D_2 certe uite BU uite certo uite *alt.*] BU *om.* in] B eciam BU hominem.

445 caloris] BUD_1 corporis B laxantis U laxaturis U humarum D_2 igneo ardore D_2 radiante B decoquuntur U decoquetur BU dissoluuntur.

446 U Hec prudentissimi] BU *om.* substanciam generis] B subtanciam (*sed corr. in marg. sec. man.* naturam) corporis U si natura corporis B humanam fine] B siue BU medullitus ignis extinctus D_2 extinans medullitis ignis.

447 ad] BU *om.* D_2 omnifactam B mundi substanciam U subiecta mundi D_1 eciam et U hominem aut formet aut dissoluat D_2 hominem et reformat et dissoluit.

[**448**] QVOMODO EX CONIVNCCIONE LVNE CVM SINGVLIS PLANETIS GENITVRA MVNDI PROCESSIT. [**449**] Viri diuini Lunam constituerunt cum platice uite locali racione cum astrolapsus euidentissima speculacione ut primum se Saturno Luna coniungeret eique temporum principatum traderet. [**450**] Prima quippe mundi origo inculta fuit et horrida et agresti conuersacione effera, et quia homines rudes tunc, incognita sibi lucis uestigia et polite humanitatis, racionem deseruerunt, ideo illud horridum et agreste tempus Saturni esse uoluerunt, et ad imitacionem huius syderis inicio uite qualitatem humane feritatis exasperacione constitutam insiluescere predicti uiri probauerunt. [**451**] Post Saturnum Iupiter accepit temporum potestatem — nam huic secundo loco Luna coniungitur — ut, relicto pristini squaloris horrore et seposita conuersacionis feritate, cultior hominum uita purgatis moribus redderetur. [**452**] Tercio loco Marti se Luna coniunxit ut ei temporum potestatem traderet et recto itinere uite mortalitas iocunditate robusciori incederet et humanitatis moderacione composita omnia arcium ornamenta conciperet. [**453**] Post Martem dominandi tempus Venus accepit, quo per gradus hominum prudencia creuit, quo homines singularum disciplinarum naturali sciencia formauit, quo mores hominum sermo doctus excoluit, quo numinis sui maiestate prouectos et errantes eorum actus prouidencie magisterio gubernauit. [**454**] Vltimum uero tempus Mercurio deputant, cui se Luna nouissime coniungit. [**455**] Quid hac disposicione subtilius inueniri potuit? [**456**] Quid clarius in celescium corporum operibus? [**457**] Purgatis agrestibus studiis, repertis artibus disciplinisque compositis, discussis intellectus tenebris, excussa luce intelligencie nouem figure microcosmo diuinitus collocate in uniuersitatis remedium

449-60 III. i, 11-15 (I, 94, l. 13-28).

448 D_2 *om. sed not. in marg.* .xii. Rubrica.

449 D_2 placite U radiacione D_2 astrolapsis BU astrolabii speculacione] D_1 racione *sed add. supra* speculacione D_1D_2 et ei.

450 U origa et *alt.*] U *om.* BU confusione agresti D_2 tibi BD_1D_2 posite U posita U racione D_2 defuerunt agreste] U anguste esse] U *om.* et ad] B et quia ad BUD_1 in inicio U uita D_2 constituam.

451 D_1D_2 potestatem temporum BU pristino et] BU *om.* D_2 deposita B seposita quia D_1 cultio B elt'tior U culto D_2 purgans.

452 BU luna se marti itinere] B tenore B mortalis BU incederet iocunditate robusciori D_1 robusciori iocunditate incederet BU conciperet arcium (U arcius) ornamenta D_2 arcius.

453 U per per BU cernit quo *alt.*] B qua U qui quo *tert. et quart.*] BU qua et] U *om.* prouidencie] D_2 prouide.

454 Luna] D_2 *om.*

457 UD_2 Purgans U agrestiis D_2 agresti D_2 reperatis U temperatis compositis] U *om.* discussis] U decursis B occursis tenebris] U membris BU figure rerum D_2 diuinitus microcosmo U calcate BD_1 collate B paterne.

patuere. [458] In illis quidem humani generis intencio se per diuersos actus acuit, intellectus excitatus misterio earum assurexit intelligencia defecata ex nouenario earum typo .ix. disciplinas percipiendo distinxit. [459] Hinc ergo nobile ingenium uite cursum bene prorogare et melius conseruare intendit. [460] Ex hiis itaque per ordinem digestis mundi genitura consistit, ad cuius imitacionem humana genitura et reformacionem et dissolucionem successiua uicissitudine recipit.

[461] PARS SEXTA

[462] DE EFFICACIA MEDICINARVM SECVNDVM POTESTATEM PLANETARVM ET SIGNORVM

[463] DE MODO CVRANDI SECVNDVM EXISTENCIAM LVNE IN SIGNIS ZODIACI. [464] Inter astrologos ardua quescio uentilatur qua queritur quomodo superiorum potestas in inferioribus operetur. [465] Vt in Eleccionis libro legitur : [466] Si uolueris curam capitis usque ad pectus sit Luna in Ariete uel Tauro uel Geminis, si a pectore ad renes sit Luna in Cancro uel Leone uel Virgine, et a renibus ad genua sit Luna in Libra, Scorpione uel Sagittario, et a genibus ad pedes sit Luna in Capricorno, Aquario uel Piscibus. [467] Huius quescionis solucio quatuor quartarum circuli solaris quinta est collacio : [468] Quatuor sunt elementa, duodecim signa Zodiaci quadripartita, .iiii^{or}. tempora, .iiii^{or}. humores et .iiii^{or}.

465-66 ZAHEL, Elec., fol. 127.

458 se] U *om.* earum *pr.*] BU *om.* BU assurgit ex nouenario] D_2 et ueneno earum *alt.*] BU eorum BU distinguit D_2 *om.*

459 ergo] U igitur D_1 mobile (*cf. Firmicus, I, 95, n. 14)* et melius] B meliusque U melius.

460 D_2 ita genitura *pr.*] B genita et *pr.*] B in U *om.* B formacionem et *alt.*] U *om.* uicissitudine] U mutacione in diem BU receptat.

461 D_2 *om. sed not. in marg.* Rubrica .xxii. BU PARS .5^a. D_1 PARS .IIII^a.

462 U EFFICENCIA SECVNDVM] U ET U POTESTATE D_1 POTESTATIVVM D_1 SIGNORVM EFFECTVM. DE EFFICATIA SOLIS ET LVNE IN VERE. DE EFFECTV EORVM IN ESTATE. DE POTESTATE EORVM IN HIEME. DE EFFICATIA EORVM IN AVTVMPNO. QVID SIT OPORTVNVM MEDICO SCIRE. HERMES MERCVRIVS TRIPLEX.

463 BUD_2 *om.*

464 D_2 In D_2 in inferiorum BU operatur.

465 BUD_1 libro eleccionis.

466 uel *pr.*] U *om.* uel *alt.*] U in B uel Scorpione et *alt.*] BU si ad pedes] BU deorsum B uel aquario.

467 D_1 quartarum .iiii. circuli] U *om.* D_1 quina *et not. in marg.* Quinque collaciones est] B ex U non.

468 BU zodiaci signa U quadri partim U humores .4. et .iiii^{or}.] U *om.* quorum] U quarum B *not. supra* elementorum pro *alt.*] BUD_1 *om.*

principales etates, quorum omnium qualitates pro loco et pro tempore senciuntur conuenientes. [**469**] Nam ignis elementi superioris naturale proprium est hyeme terram fecundare, uere partum eius aperire, estate fructum eius maturare, autumno marcorem inducere ut humore hyemis et calore successiuo ueris, putrefactis marcidis, radices rediuiue suscipiant incrementa. [**470**] Frigiditatis proprium est hyeme terram exterius constringere et uiscera eius interius calore fouere. [**471**] Aeris proprium est nimis humida desiccare, congelata dissoluere. [**472**] Aque proprium est nimis arencia humectare, nimis calida temperare.

[**473**] DE EFFICACIA SOLIS ET LVNE IN VERE. [**474**] Cum autem Sol quartam circuli partem calidam et humidam, que est ab inicio Arietis usque in finem Geminorum, que est a medio Marcii usque ad medium Iunii, ingreditur, tunc aer ex Sole nec nimis nobis remoto nec nimis propinquo temperatur ; ex temperie pori terre aperiuntur, fumus humidus et calidus per radices herbarum et arborum conscendens euaporatur, incrementum eis confertur ; ex calore ueris humana corpora disoluuntur ; ex malis humoribus, frigora intrante, per membra discurrentibus homines infirmantur. [**475**] Huic tempori, ueri scilicet, aer, sanguis, adolescencia, quia sunt calida et humida, assimilantur. [**476**] Tunc pro qualitatum diuersitate melius se habent melancolici, peius sanguinei, senes melius, adolescentes peius. [**477**] Infirmitas est pessima ueniens ex sanguine, ut synoca. [**478**] Eo tempore si quis in capite uel ceteris membris usque ad pectus patitur, Luna existente in predicta calida et humida circuli parte, citius curatur, quia per naturam Lune frigidam rerum qualitates conueniencius temperantur. [**479**] Tunc conueniens est uti frigidis et siccis.

473-513 GUILLAUME DE CONCHES, II. xxvi-vii (*P. L.* CLXXII, 67 B-70 A).

469 fecundare] B sec'dare *sed not. errorem in marg.* estate] U *om.* autumno... incrementa] D_2 *om.* ut] U in et] D_1 *om.* successiuo] BU *om.*
470 D_2 Frigiditas eius] D_2 *om.* U fauore.
471 est] D_2 *om.* humida...dissoluere] D_2 *om. per hom.*
472 Aque...est] D_2 *om. per hom.*
473 BUD_2 *om.*
474 calidam et humidam] BU *om.* in] U ad BU geminorum calidam et humidam que *alt.*] D_2 quod nobis] U *om.* temperie] D_2 tempore U et fumus herbarum et arborum] U arborum D_1 herbarum eis] D_2 eius BU intrante frigore D_1 decurrentibus.
475 B tempore ueri scilicet] BU *om.* quia] U que.
476 adolescentes] U iuuenes.
477 est] BUD_2 *om.* B pessimo.
478 in *pr.*] BU a uel...usque] BU *om.* D_1 in ceteris membris D_2 ceteris partibus patitur] B quocunque membro infirmatur U quocunque membro circuli] BU celi D_1 curantur D_1 frigidam contemperantur rerum conueniencius] BUD_1 *om.* temperantur] D_1 *om.*

[480] DE EFFICACIA SOLIS ET LVNE IN ESTATE. [481] Cum autem Sol quartam circuli partem calidam et siccam ab inicio Cancri usque in finem Virginis, id est a medio Iunii ad medium Septembris, intrauerit, tunc herbarum et arborum radices siccitate consumit. [482] Hoc tempus estiuum consimile est igni, colere, iuuentuti, quia sunt calida et sicca. [483] Tunc melius se habent fleumatici, peius colerici, senes melius, iuuenes peius. [484] Infirmitas tunc ueniens ex colera pessima est, ut terciana. [485] Tunc si quis a pectore ad renes patitur, Luna existente in illa calida et sicca circuli parte, efficacius curatur, quia per naturam Lune Solis exuscio in eadem circuli quarta parte subditorum qualitates precipue contemperantur. [486] Tunc utile est uti frigidis et humidis et propter indigescionem augmentandus est potus, cibus minuendus.

[487] DE EFFICACIA SOLIS ET LVNE IN AVTVMNO. [488] Cum autem Sol quartam circuli partem frigidam et siccam ab inicio Libre usque in finem Sagittarii, id est a medio Septembris ad medium Decembris, ingreditur, tunc humore desiccato et calore extincto ex gemina siccitate estatis et autumpni fructus maturantur. [489] Huic tempori terra, melancolia, senectus in frigiditate et siccitate consimilantur. [490] Tunc melius se habent sanguinei, peius melancolici, adolescentes melius, senes peius. [491] Tunc pessima est infirmitas ueniens ex melancolia, ut quartana. [492] Tunc si quis a renibus ad genua patitur, Luna existente in illa

480 BUD_2 *om.*

481 D_1 Sole autem intrante quartam circuli] B celi D_1 creli calidam et siccam] B *om.* U que est usque] BUD_1 *om.* in] U ad id] U que a medio] U in medio ad medium] B in medio U usque in medium intrauerit] D_1 peruenerit B *not. supra* scilicet in estate.

482 estiuum...igni] U igitur BD_1 estiuum igni iuuentuti] D_2 iuuetitu quia U que U calida sunt B calide sunt D_1 sunt calide D_1 sicce B sicce simile est.

483 melius] D_2 leuius.

484 tunc ueniens] BUD_1 *om.* est] BUD_1 *om.*

485 calida et sicca] BU *om.* circuli] BU celi D_1 curantur BU operatur circuli...parte] D_1 circuli parte BU *om.* B temperantur.

487 BUD_2 *om.*

488 D_1 Quando autem D_2 Item quando frigidam et siccam] BU *om.* D_1 id est ab inicio Libre] B uirginis usque in] B in D_2 ad BUD_1 Sagittarii intrauerit id est] D_1 que est BU que est frigida et sicca que est ad medium] D_1 usque ad medium B in medio U in medium ingreditur] BUD_1 *om.* D_2 autumpnus maturantur] BUD_1 marcescunt.

489 D_2 Hoc tempus augusti D_2 malancolia D_2 similia inueniuntur.

490 D_2 malancolici.

491 Tunc] BU *om.* pessima...infirmitas] BU infirmitas pessima D_1D_2 pessima est quartana ueniens] BU *om.* ex] U ut ex D_2 malancolia ut quartana] D_1D_2 *om.*

492 quis a] D_2 in ad genua] BU *om.* D_2 quis patitur illa] D_2 *om.* frigida...circuli] B *om.* U circuli rerum...sicce] BU *om.* U curatur quia] D_2 que.

frigida et sicca circuli parte, rerum qualitates sicce melius curantur, quia per naturam Lune humidam habiliores ad curandum inueniuntur. [**493**] Tunc propter inequalitatem temporis ex affinitate estatis et hyemis bonum est uti curacionibus et calidis et humidis.

[**494**] DE EFFECTV SOLIS ET LVNE IN HIEME. [**495**] Cum autem Sol quartam circuli partem frigidam et humidam, que est ab inicio Capricorni usque in finem Piscium, id est a medio Decembris ad medium Marcii, intrauerit, Sole a nobis remotissimo, tum ex terra tum ex aqua naturaliter frigidis frigus habundans omnia constringit et, cum non assit quo rarescit, aer in nubes spissatur, que in pluuias dissoluuntur. [**496**] Hinc tempus hoc — hyemps — frigidum et humidum dicitur. [**497**] Nubibus uero per pluuias dissolutis, aer rarescens purior fit et sic ex frigiditate terre et uentorum gelu frigidior crescens aquas congelat et poros terre constringit. [**498**] Fumus uero calidus intus remanens radices herbarum et arborum more matris pregnantis nutrit. [**499**] Huic tempori aqua, fleuma, senium seu etas decrepita consimilia sunt, quia frigida et humida sunt. [**500**] Ideo melius se habent colerici, peius fleumatici, iuuenes melius, decrepiti peius. [**501**] Infirmitas ueniens ex fleumate pessima est, ut cotidiana. [**502**] Tunc si quis a genibus usque ad pedes infirmatur, Luna existente in illa frigida et humida circuli parte, partes hominis inferiores conueniencius sanantur, quia Solis et Capricorni siccitate et Aquarii et Piscium et Lune frigida humiditate subditorum qualitates fleumatice contemperantur. [**503**] Pessima uero est infirmitas in omni

493 Tunc] D_1 et D_2 *om.* estatis et] B estus D_1 estus et curracionibus] BU *om.* et *alt.*] BUD_1 *om.*

494 BUD_2 *om.*

495 D_1 Porro cum sol D_2 Rursus cum sol D_2 eiusdem circuli que est] BU *om.* usque] BUD_1 *om.* in *pr.*] D_1 ad ad medium] B in medio U in medium a nobis] BU *om.* D_2 tunc remotissimo tum *alt.*] D_2 *om.* assit] D_2 *om.* BU rarescat U inspissatur D_2 spissatus.

496 Hinc] B *om.* BUD_1 hoc tempus hyemps] BUD_1 *om.* D_1 frigidus et hu.

497 uero] D_2 quoque et *pr.*] BUD_1 *om.* frigidior] D_1 frigidius BU uehementius.

498 BU interius B inpregnantis.

499 Huic] B *add. supra* hiemi D_2 tempore seu...decrepita] BU *om.* seu] D_1 uel quia...sunt] BU *om.* D_1 frigida sunt et humida.

500 B *not. in marg. sec. man.* Nota bene meluis] BU bene fleumatici] D_1 sanguinei decrepiti] BUD_1 senes.

501 D_1 Tunc pessima est cotidiana ex fleumate.

502 usque] BUD_1 *om.* conueniencius] BUD_1 citius sanantur] BU curantur U et capri B in capricorno B siccitate calida U *om.* BU aquarius BU pisces humiditate] B hum^t *et in marg. not. errorem sec. man.* qualitates] U temporalitates fleumaticorum.

503-06 D_1 *pon.* *505-06 ante* 503.

503 D_2 Et sciendum quia pessima est D_1 *not. in marg.* Nota anni] BUD_1 *om.* in *alt.*] BUD_1 *om.* B temporibus consimilibus U tempori consimilibus.

tempore anni que fit ex humore et in etate consimilibus tempori. [**504**] Sicut enim materia morbi qualitati temporis consimilis augmentatur, sic materia morbi qualitati temporis dissimilis minuitur. [**505**] In hoc tempore calidis et siccis uti et uino mediocriter est utile, et si uinum naturaliter est siccum actualiter tamen est humidum. [**506**] Actualis autem humiditas in siccis naturaliter ignem extinguit.

